AZ.

BIBLIOTECA NAZ
XVII
E
46
NAPOLI

E-46-

J. 63. 6

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVII
E
46
NAPOLI

XVII
e
46

DISSERTATIO HISTORICO LEGALIS

DE

IURIBUS VICARIORVM IMPERII

TEMPORE INTERREGNI,

ET

DE EORVM AVCTORITATE

In

JTALIAM.

יהוה

I.

INterregni incommodis obviare præcipuam Imperialis officij partem exiſtimans Carolus IV. Jus Vicariatus, uti antea fruebantur, Palatino, & Saxoni Electoribus in Aurea Bulla confirmavit, 1] ne vacante ſcilicet Imperio, & per diuturna interregna, ſicuti præcedentibus temporibus contigerat, ſubditi jure, & juſtitia privarentur. 2] Si pervetuſta præteritorum ſeculorum tempora non piget inſpicere, ad omnes eos qui jus eligendi Cæſarem habuerunt, curam regni illo defuncto pertinuiſſe apertè patebit, quod præter alios bene probat Guntherus 3] his verſibus.

Francorum Proceres, quos inclyta robora Regni,
Et validas nunquam pudeat dixiſſe Columnas
In manibus veſtris Regnum eſt, ea quippe poteſtas
Ad vos more ſuo ſemper viduata recurrit.

1) Cap. V. §. 1. 2) Becker. de Jur. Pub. c. 7. de Vicar. Henr. Bocer. de Regal c. 2. n. 61. Domin. Arum. ad Aur. Bull. n. 25. diſer. 3.
3) Lib. 1. in Ligur.

II.

Quo autem tempore hoc jus Vicariatus ad præfatos tantum Electores pervenerit, ſatis expeditum non eſt, varij varia dicentes. Freherus ad Petrum de Andlo 4] perhibet Vicariatum Palatini fundamenta admodum habere vetuſta ex jure præfecturæ Palatij veteris, ſive majoratus Domus apud Francorum Reges uſitato. Sed ſi Frehero credimus, ſequitur indè Palatinum ab eo tempore, quo nomen Comitis Palatij habuit, Vicarium fuiſſe, officiumque retinuiſſe, quod quidem vel ipſo Frehero teſte 5] falſum eſſe convincitur, eo quia Cunrado tertio Imperatore mortuo, Imperij jura non ad Palatinum tanquam majorem Domus, ſed ad omnes Franciæ Pares juxta Guntherum ſpectavit, ac ipſe nullum vetuſtius quàm Rudolphi Palatini Caroli IV. ſoceri adducit exemplum. Gerlacus Buxdorffius 6] longiſſimo ante Auream Bullam tempore hoc jus Palatino Rheni competiiſſe affirmat, exemplo Ludovici Palatini, qui poſt Rudolphi I. mortem, ante quam regnum Romanorum accepiſſet Adolphus, Imperium Vicario nomine adminiſtravit, ut ex Aventino 7] recitat Cruſius 8] his verbis „ *Interrex* „ *erat Ludovicus Palatinus Rheni, ſicut in Germania* „ *moris eſt, quam diu ea eſt capite orbata, Præfectum* „ *prætorio Rheni Ducemq; Bojorum interregem eſſe, at-* „*que*

4) Lib. 2. cap. 10. 5) dicto cap. 10. in princ. 6) Diſſert. hiſtor. in Aur. Bull. Concl. 56. 7) Lib. 7. annal. Bojor. pag. 576. 8) Lib. 3. Ann. Suev. par. 3.

„ *que Imperij munia obire &c.* Andreas denique Knicken 9] ante Ottonem tertium Palatinos Rheni Comites Vicariatum promeruiſſe ſcribit, ſed quo id confirmet, nihil profert. Hæc omnia uti incertos nos relinquunt, ac hæſitantes quid de origine Vicariatus credendum ſit, ita tamen ex parte in eo nos firmant, jus Vicariatus Comiti Palatino etiam ante Caroli IV. Bullam ex antiqua conſuetudine competiiſſe. Si enim Ludovicus mortuo Rudolpho Imperatore Interrex fuit, etſi ante tempora Joannis XXII. Pontificis Vicariorum officia fuerint, 10] „ *longáque, & approbata conſuetudine inconcuſsè à* „ *majorum ordinatione obſervata Vacante Imperio,* „ *jus adminiſtrandi Imperij jura, feuda conferendi, &* „ *negotia cætera diſponendi Palatino Rheni deberi &c.* Dixit Ludovicus quartus Imperator apud Cuſpinianum, 11] negari utique nequit, longo ante Auream Bullam tempore Comiti Palatino Vicariatum competiiſſe.

III.

Idem Vicariatus jus Electori Saxoniæ, utpote ab antiquo Palatini titulo æquè gaudenti, eodem tempore quo Palatino Rheni collatum exiſtimat Marquardus Freherus. 12] Illius autem opinionem in dubium revocare ſtudet Dominicus Arumæus, eo quia in conſtitutione Ludovici Bavari à Cuſpiniano, ut diximus, laudata, atque à Goldaſto per extenſum relata 13] nec verbum quidem de Electore Saxoniæ

9) De Sax. non provoc. jure verb. Electorum c. 1. n. 121. 10) Extrav. ne ſede Vacant. aliquid innovetur. 11) In ejus vita fol. mihi. 12) Citat. c. 10. L. 2. 13) Tom. 3. Conſ. Imper. ann. 1339.

xoniæ invenitur expreſſum, cujus tamen nomen procul dubio Imperator ſilentio non involviſſet, ſi jam tum Vicariatum Saxo habuiſſet. 14] Nec Carolus more ſuo à veteri obſervantia, conſuetudine, aut Privilegio Vicariatum Saxonis deducere ommiſiſſet, prout in enarratione Privilegij Electoris Palatini ipſe fecit, ſi ante ipſum Saxoni præfatum jus Vicariatus competiiſſet, adeóque per Aure-am Bullam Saxonem Palatino adequatum fuiſſe cum eodem ſcriptore Buxdorffius, 15] & Joannes Limneus 16] non obſcurè concludunt.

IV.

Quamvis autem poſt Auream Caroli quarti Bullam Palatinus, & Saxo Electores eodem Vicariatus jure conjunctim in Imperio fruantur; attamen diviſis inter ſe limitibus Vicariam totius Imperij adminiſtrationem exercent. Palatinus nempè in partibus Rheni & Sueviæ, atque ubi jus Franconicum viget, hoc eſt ut verſio Germanica habet In Franckiſchen Rechten &c. Saxo verò illis in locis ubi Saxonica jura ſervantur. Limites igitur Vicariatus Palatini ad Rhenum ditiones illæ eſſe dicuntur, quæ olim jure Franconico uſæ ſunt, quas enumerat Goldaſtus 17] videlicet „*Sueviam, Franconiam, ripam Danubij us-*
„ *que ad limites Hungariæ, cum Tyroli, Carinthia, Ba-*
„ *varia, Auſtriâ, totam ripam Rheni à Lombardiæ fini-*
„ *bus*

14) Arum. d°. diſ. 3- Ad Aur. Bull. 15) da. concl. 56. litt. B. 16) De Jur. Pub. L. 3. c. 12. n. 34. 17) In præfat. ad Conſtit. Imper. p. 291.

„ *bus usque ad oſtium Rheni, ubi ſe in mare Brittanni-*
„ *cum immergit, cum Helvetia, Sabaudia, Burgundia,*
„ *& Regno Arelatenſi ab hac parte Rodani, Lotharin-*
„ *gia, & Belgio. &c.* Limites autem Vicariatus Electoris Saxoniæ ſunt „ *Bohemia, Polonia, Principes Sileſiæ,*
„ *Margravij Brandeburgenſes, Luſatia, Moravia,*
„ *& Miſnia; Item Thuringia usque ad limites Fran-*
„ *coniæ, inferior & ſuperior Saxonia, Duces Brunſvi-*
„ *cenſes, & ſuperior Circulus Saxonicus usque ad VVi-*
„ *ſurgim &c.* & generaliter omnibus illis in locis, ubi olim jus Saxonicum viguit. Quare Marquardus Freherus de hac eadem Vicariatus inter Palatinum & Saxonem diviſione ſcribens, eleganter notavit 18] quod olim *Theutonicum Regnum duplici regebatur jure, Franconico, & Saxonico; quorum hoc gentem Saxonicam ad Mare Balticum; & Sarmatiam: illud tractum Rheni Franconicum, & Sueviam, ſub qua etiam Ba oariam, Auſtriamque ad alpes usque complectebatur. Conveniens viſum eſt, ut duo illi Palatini ceu proximi à Cæſare, eo abſente, vel mortuo vice Sacra Regnum totum Theutoniæ gubernarent. Quod à Majoribus procul dubio ita conſtitutum, Carolus IV. Imperator in Comitiis Imperij apud Norimbergam confirmavit, & Aureæ Bullæ nominatim inſeruit, & alij etiam Cæſares tàm ante, quàm poſt illum peculiaribus Diplomatibus, ut & alia Regalia Palatinis Principibus confirmare conſueverunt. &c.*

18) Cit. L. 2. c. 10.

V.

Limitibus Vicariorum ita conſtitutis, nunc conſiderandum remanet, quo tempore Vicariatum ſuum exercere poſſint, nempè quoties (ut habet conſtitutio) *Sacrum vacare contingit Imperium etc.* 19] Sive per mortem naturalem Imperatoris, quæ omnia ſolvit, 20] ſive per reſignationem, vel abdicationem Imperij. 21] Sed num etiam in caſu abſentiæ, quando ſcilicet Imperator à Germania diſceſſit, hoc jus ſibi vindicare queant, non immeritò disquiritur. Negaveris id forſan, ſi verba Aureæ Bullæ probè penſitaveris, cùm de Caſu tantùm, quo vacat Imperium, & quando eſt ſine capite, loquatur, nulla prorſus de caſu abſentiæ, & quando Imperio jam eſt de Moderatore proviſum, mentione peracta. Poteſt igitur Imperator cui velit in caſu abſentiæ vices ſuas committere, cum abſentiæ, & mortis alia ſit ratio. Imperator enim dum abeſt omnem ſuam poteſtatem, & jurisdictionem, cujus intuitu alterum ſubſtituere poteſt, 22] penes ipſum integram nihilominus ſervat, quæ eo mortuo unà ſimul cum illo ſtatim extinguitur, reali Imperij Majeſtate tunc dumtaxat vivente: 23] Quare ſi unius incluſio eſt aliorum excluſio 24] & quod lex non dicit, nec nos dicere debeamus; Vica-

19) D. cap. 5. §. 1. 20) Novell. 22. c. 22. Buxdorf. ad Aur. Bull. concl. 54. Lit. A. 21) Freher. loc. cit. D. L. 2. c. 2. Buxdorff. ubi ſupra. 22) Alex. in l. fin. ff. de jurisd. omn. jud. Carpz. de Leg. Reg. Germ. c. XI. ſect. 14. n. 6. 23) Novell. 47. in princ: Hotom. in Francogall. c. 15. 24) L. Maritus C. de procur. Bec. conſ. 209. n. 1. & 32. Cothman. conſ. 47. n. 156. Vol. 1.

Vicariorum poteſtatem ad mortem tantùm Imperatoris limitari & non ad illius abſentiam extendi inſignes aſſerunt Doctores 25].

VI.

Verum quia mors & abſentia multis in partibus juris æquiparantur, 26] unde Capitulum abſente Epiſcopo ea omnia exercet, quæ illo mortuo peragere poteſt 27] plurimi etiam ſunt qui Vicariorum poteſtatem ad caſum abſentiæ rectè extendi poſſe arbitrantur. 28] Habent quippe Vicarij Ordinariam, & perpetuam, non delegatam & temporalem, jurisdictionem, haud itàque Imperator eam poterit impedire quod certè fieret, ſi alium ſubſtituere poſſet. 29] Cumque Vicarij ſint conſtituti ex proviſione legis, nimirum Aureæ Bullæ adéoque non Imperatoris, ſed Imperij Vicarij illi exiſtant, 30] utique & ipſorum poteſtas erit perpetua, quæ per ſubſtitutionem alterius perſonæ in caſu abſentiæ interrumpi non poteſt: 31] Quare Imperatore abſente, ac peregre abeunte, Vicariatus officium ad Sereniſſimos Electores,

25) Apud Niedl. Rucker. conſ. 14. inter conſilia claudij cantiunc. 26) C. præſertim extra de teſt. 27) Innoc: in c. Ad abolendam de Heret. 28) Bodin. de Repub. l. 1. C. 9. n. 128. Marquard. Freher. de Orig. Palat. c. 17. Buxdorff. loc. cit. concl. 54. litt. D. 29) Jacob. de S. Georg. Verbo. Vicariumque de feud. n. 5. Arum. d. diſ. 3. n. 31. 30) Alex. in rubric. ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurdi. Thom. Mich. Theſ. 29. de jurisd. Arum. loc. cit. 31) Argum. l. 11. ff. de Jur. L. 13. §. 1. ff. comm. prædior. Arum. loc. cit. & in Tract. de Comit. cap. 7. n. 15.

res Palatinum & Saxonem ſine contradictione ſpectabit 32].

VII.

Hæc & alia quæ à prædictarum opinionum fautoribus pro illarum ſtabilitate afferuntur apud me tantæ non ſunt auctoritatis, ut ad unam vel alteram amplectendam, me cogere valeant; qua propter cum optima interpretatio ſit, quæ ex obſervantia deſumitur, 33) illaque conceſſionem factam declarare ſoleat: tantum enim præſumitur conceſſum, quantum obſervatum 34) hinc eſt quod a caſu in quo Imperator fines Imperij relinquens vices ſuas uni vel alteri expreſſè mandavit, ab altero, quando nullo poſt ſe relicto Vicario peregrè profecit, diſtinguendum eſſe arbitramur, & ſicut in primo caſu Vicariorum poteſtatem ominó ceſſare dicimus, in ſecundo integram penes illos remanere affirmamus. 35) Hac ratione Henricus Septimus Imperator in Italiam profecturus Coronæ Imperialis ſumendæ Gratiâ Johannem Filium Bohemiæ Regem, Vicarium Imperij in Germania ſubſtituit 36) Idem ante ipſum fecerat Imperator Fridericus primus, dum Romam pro conſequenda Corona proficiſcens, Uladislaum ſecundum Bohemiæ Ducem Vicarium Imperij reli-

32) Florent. à Veningen. conſ. 16. n. 138. inter Conſil. claudij Cantiunc. Auctor von des Römiſch. Reichs Vicariat fol. 21. 33) L. ſi de interpretatione, & l. minimè ff. de legib. Knicken. verbo Ducum c. 2. n. 106. de non prov. jur. 34) Ludov. Roman. conſ. 271. n. 4. Dec. conſ. 517. n. 7. 35) Arum. d. diſs. 3. n. 35. 36) Dubrau. Hiſt. Bohem. L. 20. in princ.

reliquit. 37) Et Ludovicus Bavarus Imperator Eduardum Angliæ Regem Vicarium Imperij Generalem in Comitijs Francofurtenſibus declaravit 38) ſimiliter quoque Sigismundus Imperator Bohemos bello perſequens Conradum Archiepiſcopum Maguntinum Imperij Vicarium eſſe voluit, 39) Et Carolus Quintus cum non poſſet continenter in Germania eſſe, Ferdinandum Fratrem Imperij Vicarium Declaravit 40) dictumque Titulum ſemper Uſurpâſſe patet, ex Receſſu Imperij in comitijs ſpirenſibus anno 1529. emanato. Ex ſpeciali denique Ruperti Imperatoris conceſſione & mandato in Rudolpho & Ludovico barbato apud Freherum 41) oſtenditur partes Imperatoris in Vicariatus adminiſtratione demandanda interveniſſe, quæ nullæ & ſupervacaneæ fuiſſent, ſi jure refragante Imperator interfuiſſet. 42).

VIII.

Nè verò ex præfata Imperatoris poteſtate perquam ipſe in caſu abſentiæ novos Vicariòs conſtituere poſſe affirmavimus damnum aliquod vel præjudicium perpetuis Imperij Vicariis inferatur, nihil prorſus ab illorum opinione diſcedimus, quæ in præfata tempore abſentiæ Vicariorum declaratione conſenſum ſtatuum, & maximè

37) Item Dubrau. hiſt. Bohem. l. 12. 38) Froſſard. L. 1. in prim. Hiſt. Bodin. l. 1. c. 9. de Repub. 39) Nicol. Serrar. L. 5. in Archiepiſc. 48. Regum Magunt. 40) Cruſius par. 3. l. 11. c. 7. in princ. Annal. ſuev. 41) D°. l. 2. c. 10. 42) Arum. loc. cit. d. n. 31. in fin.

mè Vicariorum Imperii pro illius validitate requirit: quod quantum rationi, & æquitati conſentaneum eſt, cum nemini invito jus ſuum auferri vel diminui debeat; 43) tantum etiam cum ſpeciali ſui Vicariatus confirmatione Electori Palatino de anno 1518. â Maximiliano Primo Imperatore facta coucordat, quam Goldaſtus ita recenſet: Daß wir ihme das Vicariat-Ambt und Gerechtigkeit ſo ſeine Vor-Eltern wann das Reich vacirt/ oder ein Röm. Kayſer oder König über das Gebürge gezogen nach Inhalt der guldenen Bull/ und Weyland Kayſer Carl Brieff gehabt und herbracht hätten. 44) Hoc idem Electoris Palatini Privilegium â multis aliis Imperatoribus recognitum, 45) & á Carolo quinto VVormatiæ anno 1521. die 18. May ſpecialiter confirmatum, nullam profectò reſtrictionem ad Imperij vacantiam per mortem Imperatoris naturalem haud patitur, ſed caſum etiam abſentiæ, modo quò diximus apertiſſimè includit. Hinc factum, ut Divus Carolus V. Ferdinandum primum Fratrem ſuum Vicarium Imperij conſtituere volens, id cum conſenſu Electoris Palatini feciſſe, 46] eique, & Saxoni datis deſuper reverſalibus 47] promittere, & cavere non recuſavit, id ipſorum Vicariatus Privilegio, nullum præjudicium in ferre debe-

43) L. 11. ff. d. Reg. Jur. Roman. l. 3. concl. 1. de Jur. quas non tollen. 44) Goldaſt. p. 1. der Reichs-Satzungen fol. 241. 45) Apud Auct. diſcurs. von des Reichs Vicariat. 46) Florent. à Vening conſ. 16. n. 190. Buxdorff. ubi ſupra concl. 53. litt. D. 47) Apud Goldaſt. par. 1. Reichs-Satzungen fol. 243.

debere, ſalvis ac integris eorum antiquis juribus permanentibus: 48] ex quibus manifeſtum eſt, liberum eſſe Divis Imperatoribus, dum fines Imperii relinquunt, cuicunque voluerint, Vicariatus Dignitatem tribuere, dummodo hac temporanea, & ſpeciali eorundem proviſione, nullum perpetuo & generali Palatini, & Saxoni Electorum Vicariatui præjudicium inferatur, quod omnino aſſequeretur, ſi in ſpeciali, ut diximus, Vicarij conſtitutione, generalium Vicariorum requiratur conſenſus.

IX.

Vicarij itaque ſereniſſimi non ſolum defuncto Imperatore, ſed illo etiam abſente ſuam poteſtatem exercent, quæ cum in non prohibitis cum poteſtate ipſius Imperatoris conveniat 49] judicia exercere, ac de omnibus cauſis de quibus Imperator cognoſcere ſolet, ipſi etiam durante Vicariatu judicare valebunt; inde eſt quod in Camera tempore interregni Vicariorum nomine, & ſigillo peragenda peraguntur. 50] Hoc tamen intelligendum eſt de Camera tantum, quæ antea Spirenſis nunc autem VVetzlarienſis vocatur, cum in judicio Rotvvillenſi omnia ſolius Palatini nomine decernantur. Ratio diſparitatis eo deducitur, quod ſicut in Camera Spirenſi

 tam

48) Freher. d. tract. de Orig. Palat. l. 1. c. 15. Buxdorff. loc. cit. d. concl. 53. Carpzov. de leg. Reg. Germ. C. XI. ſect. 13. n. 30. & 31. Limneus de Jur. Publ. l. 3. c. 12. à n. 46. ad 49. 49) L. 1. C. de off. Vicar. Tiber. Decian. conſ. 23. n. 67. vol. 1. Surd. conſ. 281. n. 1. 50) Limn. d. l. 3. c. 12. n. 50. Carpzov. loc. cit. Arum. d. diſ. 3. n. 32. Buxdorff. citat. Diſcur. concl. 60. litt. B.

tam cauſæ earum provinciarum, ubi jus Franconicum, quàm earum, ubi jus Saxonicum in uſu eſt, decidantur, & ſic illius jurisdictio per totum ſe extendat Imperium, bené utrique Electori proviſio hujus judicij tribuitur: ita pariter cum in judicio Rotvvillenſi non niſi quæ ad tractum Franconicum cujus Vicarius Palatinus eſt, pertinent decernantur, meritó ſub ſolo ipſius nomine, & ſigillo expediuntur. 51]

X.

Hic pariter eſt notandum quemlibet Vicariorum judicium Aulicum in ſua Aula poſſe exercere, habita ratione locorum ipſi aſſignatorum, & hoc intuitu concurrentem cum Camera Imperiali habere jurisdictionem; unde concluditur à judicio Aulico Vicariorum ad Cameram appellare non licere, quia appellatio ab eodem ad eundem non valet; hæc autem appellatio talis eſſet, quia concurrens, eſt jurisdictio Cameræ & judicii Aulici 52] Ejusmodi Judicium Aulicum Vicariorum Regimen Vicariatus vocatur, & de omnibus cauſis tam civilibus, quàm criminalibus, & feudorum indiſtincte cognoſcere poteſt, cum Aurea Bulla indefinitè & generaliter loquatur, omnemque poteſtatem Vicariis attribuat pro-

51] Vitriar. Illuſt. Inſtit. Jur. Publ. l. 1. Tit. 11. §. 6. q. 2. & l. 3. Tit. 7. §. 1. litt. B. cum ibid. alleg. 52) Buxdorff. loc. cit. Carpzov. tract. de Privil. Elect. Saxon. de non appell. c. 1. §. 11. Schüz. vol. 1. Exerc. 5. c. 15. p. 337. Arum. d. diſc. 3. concl. 32.

propter generalitatem verborum, quæ nihil excludunt, niſi quod expreſsè invenitur prohibitum 53].

XI.

Diximus Vicarios habere poteſtatem judicandi de Feudis quod de Minoribus generaliter verum eſſe fatemur, exceptis Majoribus Principum, & quæ Fahnlehen vocantur, quorum inveſtitura ſoli Imperatori vel Regi Romanorum ſpecialiter à Carolo IV. eſt reſervata 54.] Licet enim à jure judicandi in Feudis ad jus inveſtiendi tanquam à diverſo generaliter illatio non currat, cum plures judicent de illis, qui tamen Inveſtituras conferre non poſſunt; noſtro tamen caſu ab inveſtituræ reſervatione ad jus non judicandi rectè poteſt inferri, quia plus eſſe videtur de feudis hiſce cognoſcere, quàm eorundem inveſtituras concedere: Majus enim illo caſu vertitur propter periculum ſuccumbentiæ partium præjudicium, & ſic ſi jus inveſtiendi quod minus eſt fuit Vicariis prohibitum, jus etiam cognoſcendi, quod majus eſt illis non poteſt eſſe permiſſum: Quare Vicarios de Ducatu, Comitatu, alioque feudo Majori judicare non poſſe haud obſcure colligitur 55].

XII.

53) Limn. ubi ſup. n. 56. 57. & 58. Carpzov. de leg. Reg. Ger. C. 12. ſect. 15. n. 6. 7. 8. & ſeq. Buxdorff. loc. cit. 54) D. Tit. 5. §. 1. Aur. Bull. 55) Arum. ubi ſup. concl. 40. & cum Mindan Sixtin. Gaill. Schrader. Pruckman. in diſc. 28. de Jur. Publ. n. 39. Stryck. examen Jur. Feud. c. 25. §. 5. Stuv. ſintax. Jur. feud. c. 5. n. 2. & 4. Schüzius vol. 1. exerc. 5. c. 14. p. 339. Litt. E.

XII.

Vlterius habent Vicarij poteſtatem ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi - GOttes Gab verleihen 56] idque ratione primarum precum. Imperator quippe ex antiqua conſuetudine in omnibus Eccleſiis cathedralibus, atque etiam collegialibus, & Monaſteriis per Imperium, facultatem habet unius Canonici pro arbitrio nominandi, quem Collegium recipere debet; 57] quod jus Imperatori non ex indulto & Privilegio Papali, prout perperam Romana curia prætendit, ſed ex præeminentia ſuperioritatis, adeoque proprio & regio nomine debetur, perinde ac præſentatio & nominatio Prælatorum competit Regi Hiſpaniarum in Hiſpania in Regno Siciliæ & Neapolitano 58.] Regi Angliæ in Anglia 59.] Regi Hungariæ in Hungaria 60.] Et Regi Galliæ in Gallia 61.] Si enim rem paulo altius repetere, ſedulóque perpendere velimus, Jus primarum Præcum non gratis, & præcario, aut uſu introductum, ſed ſummis in Eccleſia beneficijs, ſed venerabili ipſorum met Pontificium ore 62] Imperatori

velut

56) D. tit. 5. Aur. Bull. 57) Job. Paurmaiſt. l. 1. de Jurisd. Imper. Rom. c. 4. n. 42. Thom. Mich. de jurisd. conc. 13. litt. A. Freher. in not. ad Petr. de Antlo. L. 2. c. 6. fol. 179. Sixtin de Regal. l. 1. c. 2. n. 56. Reſtaur. caſtald. de Imper. q. 100. n. 14. 58) Covarr. in c. quamvis p. 2. §. 10. n 5. de R. J. in 6. Matth. de Afflict. in conſtit. Regn. in prælud. q. 18. 59) Marta de Jurisd. p. 2. c. 40. n. 4. & 8. 60) Oldrad. conſ. 1. Buxdorff. loc. cit. concl. 65. lit. B. 61) Chopin de Doman. Franc. l. 1. c. 10. 62] Pauli V. in ſuo Indult. quod incipit: cum poſt tuam. citat. ab Olingerio in Differt. Prim: Prec: Imper.

velut fideli Eccleſiæ Advocato debitum eſſe inveniemus. Convertantur pauliſper oculi ad præteritorum temporum acta, & luce meridiana clarius inde patebit, quot Epiſcopatus, quot Eccleſias, quot loca Pia, & Præbendas piiſſimi Imperatores in Imperio fundarunt, dotarunt, multisque fundis, ac proventibus auxerunt ſummisque privilegiis adornarunt 63.] XIII.

Hæc omnia eſſe baſes, & fundamenta, quibus jus Primarum Præcum inſiſtit, illudque Imperatoribus adimi nullo modo poſſe, quin omnia illa Imperatoribus & Imperio reſtituantur certo certius concludimus, ea equitate fundati, qua donationes ob ingratitudinis notam revocare fas eſt 64] eoque plane modo quo in Imperio, alibique à Regibus ſummisque Principibus, refractaria clericorum contumacia, non quidem in eorum perſona ſed patrimonio, quod Principi ſubeſt 65] ab omni œvo puniri, & bonis gratiis, regalibus Privilegiis, ipſaque tuitione quorum nomine ſoli Cæſari & Imperio ſubduntur, privari ſolet. Quis enim eſt, qui neſciat, primis Eccleſiæ temporibus Epiſcopos eligendi, beneficia Eccleſiaſtica diſtribuendi, eaque omnia peragendi, quæ externam Ec-

63) Leopold. de Babemberg. de Zelo veter. Galli Reg. & Ger. Princ. Wagnereck Exeg. Jur. canonic. l. 3. tit. 5. c. 19. §. p. Kieſſer diſſert. Jur. Pol. p. 1. q. 5. 64) L. ultim. ff. de revoc. donat. c. final. de Donat. Guid. conſ. 72. n. 5. Gail. de Pace Publ. L. 1. n. 15. L. 2. c. 8. n. 21. 65) Henrig. Araiſc. de ſubject. & exempt. cleric. cap. 3. & 4. per tot. Carpzov. de leg. Reg. Germ. c. 3. ſect. 10. n. 44.

cleſiæ diſciplinam reſpiciunt, poteſtatem penes Imperatores fuiſſe? etſi nulla ferè ſummæ olim ante Conſtantini Magni tempora Cæſarum in Clericorum temporalia ſuperioritatis atque Imperii memoria nunc exſtat, & valdè exigua ſunt monumenta Summarum earum prærogativarum, quibus in conſtituendo ſummo Pontifice, Laudandisque reliquis Eccleſiæ Epiſcopis Carolus, & Otto Magnus ornati fuerunt, nihil tamen obſtare poſſe affirmamus, quo minus Imperatores facultatem Clero per Primas Præces imperandi in uſum deducere potuerint. Porrò neque a jure, neque a Canonicis Sanctionibus, aut ſæveviore earum diſciplina prohibetur, ut Laicus nominet, aut præſentet; Clericus inſtituat: neque Dei ac Naturæ Legibus repugnat, ut id ipſum per *expectativam* fiat, quorum prius in Laicorum Jurepatronatus, poſterius apud Germaniæ Cathedrales, hinc inde ferè quotidiè, non tam circa Canonicatus, quam Pontifice ipſo auctore, in Coadjutoriis cum ſpe ſuccedendi uſu venit. Quod quidem eo facilius in materia Primarum Præcum procedit, cum ibidem non agatur de ſtrictiori jure conferendi, aut inſtituendi, quod Sacrum quiddam eſt, & ſpirituale, a Laicis poſſideri impotens; Sed de jure nominandi & præſentandi *Laicali* ut Doctores vocant, quod a tot ſeculis non ut ſpirituale, ſed ut temporale, fuit ab omnibus creditum, & ut tale ad Hæredes transmiſſum, immo ad inſtar aliorum jurium contra Eccleſias etiam liberas, ex antiquioribus Sacrorum Canonum Decretis, novit-

novis que Concilii Tridentini legibus, a laica poteſtate præſcriptum. Unde alia, vel nova Pontificium conceſſione Imperatoribus nunc opus non eſt, ut jus Primarum Præcum ulterius exerceant, cum ab univerſali Eccleſiæ diſciplina approbetur, atque ex antiqua, & a præteritis omnibus Imperatoribus ad nos usque producta conſuetudine ſuam ducat originem, cujus proinde autoritate ac mandato Imperator poſtquam electionem, citrà novum indultum, omnibus Cathedralibus, Collegialibus, aliisque Germaniæ Eccleſiis Primas Præces dirigere, ac elargire optime poteſt.

XIV.

Ad inſtar itaque Imperatoris Vicarii ad beneficia Eccleſiaſtica per primas præces præſentare valebunt 66.] Et ſicut ad Imperatorem jus præſentandi in Variis Imperii locis ſpectat, ratione Jurispatronatus, vel per conſtructionem & fundationem 67] vel ex dotatione 68] aut præſcriptione 69] illis quoque caſibus Vicariis præſentare licebit, cum parem ut diximus, cum eo cujus vices gerunt poteſtatem in omnibus habeant 70.]

 XV.

66) Arum. d°. diſ. 3. n. 35. Buxdorff. loc. cit. da. concl. 63. litt. B. 67) C. nobis 25. de Jur. Patron. Roland. à vall. conſ. 47. n. 4. vol. 1. Weſembec. conſ. 48. n. 6. Fachin. conſ. 78. n. 10. L. 1. 68) C. Nemo de conſec. diſ. 1. Roch: de curt. tract. de Jur. Patr. §. & Dotavit. Petr. Gregor. de Benef. Eccl. c. 17. n. 4. 69) C. quærelam extra de Elect. & Elect. Marta da par. 2. c. 41. n. 7. 70) Limn. de Jure pub. d°. Lib. 3. c. 12. n. 67. Marta ubi ſub. C. 40. n. 7. Reſtaur. de Imper. q. 8. n. 26. cum aliis apud Buxdorff. & Arum. loc. citat.

XV.

Facultatem inſuper recolligendi redditus & proventus Imperii: Deß Reichs Renten und Gefälle einſamlen. Vicariis Aurea Bulla concedit; 71] & quia colligendi tantum datur facultas, conſumendi, ſibique retinendi jus eis adimitur; conceſſa enim poteſtate percipiendi fructus etiam libera, non propterea fructus cenſentur donati, unde illos deductis impenſis reſtituere tenentur, per ea quæ gloſſa & Doctores de tutoribus tradunt. 72] Conceditur denique Vicariis poteſtas de Feudis inveſtiendi, & juramenta fidelitatis vice, & nomine Imperii recipiendi, ſi mortuo vaſallo vel filio, vel in feudo ſucceſſore, durante Vicariatu annus petendæ Inveſtituræ præfinitus ad finem decurreret, feudis Principum & quæ vulgò Fahnen-Lehen appellantur, exceptis, uná ſimul cum illis, quæ per Vexillum conferri ſolent & Scepter-Lehen communiter nominantur 73].

XVI.

Vicarii nullas res Imperii alienare oppignorare vel obligare tempore Vicariatus poſſunt 74] & rectè: ideò enim Vicariatus eſt illis demandatus, ut per eos Imperio con-

71) Citat. Tit. 5. 72) In l. in eos ff. de Tutel. l. à Tutoribus §. principalibus ff. de Adminiſt. Tut. Pariſ. Conſ. 8. n. 8. l. 4. Arum. d°. diſ. 3. n. 36. Sprenger. de font Jur. Pub. p. 1190. Limn. loc. cit. 73) Vult. de feud. c. 2. n. 9. Roſenthal. eod. tract. c. 12. concl. 5. n. 2. Vitriar. Inſtit. Jur. Publ. l. 3. tit. 7. §. 6. 74) Citat. Tit. V. Aur. Bull.

conſulatur 75] quod quidem Imperii bona augendo non diſſipando obtinetur 76.] Et ſi Cæſar ipſe ſolemni juramento facultates Imperii absque ulla 77] prorſus alienatione oppignoratione, vel diſtractione, conſervare tenetur, multó magis omnis etiam alienatio Vicariis debet eſſe prohibita, & ſi aliter fecerint, quidquid ab eis quovis modo, & prætextu alienatum fuit, debet Imperio reſtitui, ne per ejusmodi alienationes, antiquus Imperii ſplendor, ac robur unà cum illius ſecuritate deficiat 78.] Unde bene Rudolphus primus Imperator, quæ Comes Palatinus, & Marchio Badenſis tempore interregni occupaverant, armis repetiit, & Imperio reſtituit 79.] Præterea Vicarii non modo ipſi nihil alienare, ſed etiam inſuper cavere debent, nè per alios bona Imperii abalienentur, neve quolibet modo illius jura diminuantur, ut textus Aureæ Bullæ ſatis clarè indicat his verbis **und hat aus Kayſerl. Güte zu verbieten alle Veräußerung und Verpfändung der Güter ſo zum Reich gehören.** 80] Et ſi enim conſenſum alienationi tribuere, alienatio proprie non ſit,

 alie-

75) Arg. l. 2. §. noviſſime ff. d. R. J. Arum. d. diſc. 3. n. 43. 76) Arg. L. qui fundum. §. ſi Tutor ff. pro Empt. L. benè a Zenone vers. qui enim &c. C. de quadrien. præſcript. 77) Arg. art. 12. capit. Leopold. Sleidan. C. 1. de ſtat. Regil. Petr. Gregor. Toloſan. l. 3. de Repub. c. 8. Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c. 7. ſect. 1. & 2. per tot. 78) Albert. de Ro at. in l. benè à Zenon. C. de Quadrien. præſcript. Roland. à Vall: conſ. 1. n. 113. vol. 2. 79) Mutius l. 31. chron. p. 194. Cruſi. Ann. ſuev. l. 3. p. 3. c. 2. 80) In aur. Bull. d°. Tit. V.

alienationis tamen inſtar eſt, unde Vicarius Alienationibus conſenſum dare non poteſt; 81] præſertim ſi talis ſit alienatio, cui ne quidem ipſe Imperator de facili ſoleat aſſentiri, 82] quapropter Vicarii alienationes Feudorum Imperii, neque per ſe efficere poſſunt, neque illis à quocunque fiant, conſenſum, vel auctoritatem præſtare valebunt, ut ex huc usque dictis clariſſimè patet.

XVII.

Irritus idcirco labor erit, & vix explorione dignus quo Romanæ Curiæ Miniſtri omni ſtudio, arte, ac induſtria omnem ubique lapidem movent, ut Comaclenſis Principatus à victricibus Joſephi Romanorum Imperatoris nuper demortui armis Cameræ Apoſtolicæ *juſtiſſimé* ademptus, & Sacro Romano Imperio, cujus feudum eſt, jam reſtitutus, præfatæ Cameræ & ſi illa Cæſarem **E**ſtenſem Mutinæ ac Regii Ducem, unà cum Ferrarienſi Ducatu de eo tam injuſté ſpoliaverat, nunc de novo reddatur, utpote ab ea tot, tantisque donationum titulis acquiſitus, & longa poſſeſſione retentus. Operæ pretium foret ea omnia hic ad notare quæ ad tam certum Imperii jus, ac Dominium in præfato Comacli Principatu confirmandum poſſent ad ferri; verum ultra quam quod hoc præſentis inſtituti ratio non patitur, cum erudite ſimul

81) Bero conſ. 83. n. 19. l. 1. Garcia Maſtil. deciſ. Sicil. 77. n. 13. p. 1. Paris de Put: de Feud. in Andr. de Iſern. compend. tit. 71. fol. 429.
82) Roſenthal. de Feud. c. 50. n. 8. Afflict. in c. Imperialem n. 15. & 43. de prohib. Feud. alien. Frider. Surd. conſ. 5. n. 75.

mul ac prolixe incertus Auctor obſervationum ſuper Romanæ Curiæ ſcripta Gallicè editarum, id ipſum jam ad impleverit, ne actum agere videamur ad eum benignum lectorem remittimus, ubi ſatis maniféſté videbit, Sereniſſimos Extenſes præfati Principatus Dominium usque ab Anno MCCIIIC. ex Spontanea Populorum dedictione acquiſiviſſe, illudque usque ad tempora Clementis VIII. ſine contradictione retinuiſſe, ac libere conſervaſſe, à Divis Romanorum Imperatoribus, non interrupto trium ſæculorum ſpatio, Imperiales Inveſtituras pro illo benignè obtinentes. Videbit ulterius tam Francorum quàm Germanorum Imperatores ſupremum Imperatoriæ Majeſtatis Dominium ibidem exercuiſſe, illudque ſibi ac Succeſſoribus ſemper conſervantes, nunquam in alios libere transtuliſſe, vel totaliter ab Imperio alienaſſe. Videbit in ſuper inter prætenſas Romanæ Curiæ Donationes (in quibus tantum ſuum jus illa fundat) multas actu non extare; non nullas neque concedentis manu ſignatas, neque illius ſigillo munitas, neque authenticis aliis notis corroboratas, ſed undequaque informes & mancas in congreſſibus hac de re Romæ habitis productas fuiſſe, ut nihil prorſus ſint attendendæ, nullamque fidem mereri debeant 83.] Quid plura? præfatis donationibus, ut jacent etiam admiſſis videbit denique Civitatem Coma-

83) C. inter dilectos de fid: Inſtrument: & ibi fuſé DD.

Comacli ejuſque territorium non eſſe in illis compræhenſum, nihilque prorſus per eas deSupremo Imperii jure huic ibidem competenti remiſſum: Et ſi quæ forſan ad ſuam intentionem fundandam, a Romanæ Curiæ Miniſtris productæ fuerunt in quibus tacitè, vel expreſsè præfata Comacli Civitas,& territorium inveniretur contentum, ultra quam quod, & illas etiam, uti alias undequaque informes & defectuoſas eſſe certò certius apparet, cum ad præcedentes ſe referant, earumque tantum confirmationes exiſtant, ſicut ex illis, ut diximus Romana Curia nullum jus acquirere potuit, novum utique titulum, majoremque extenſionem præfatæ Curiæ,iſtæ etiam tribuere nullo modo valebunt, eoque fortius, cum ibidem novæ omnes conceſſiones, alienationes, atque extenſiones expreſsè ab Imperatoribus prohibitæ, ſupremaque Sacri Romani Imperii jura omni meliori modo reſervata Legantur: Imo ut Romanæ Curiæ Miniſtros propiis armis oppugnemus, ſicut ipſi omnia, quæ a Romana Eccleſia nunc poſſidentur longa diuturni temporis poſſeſſione exqua (dummodo nihil in contrarium probetur) legittima oriri ſolet præſcriptio, juſtiſſimé conſervare ac fortiter tueri laborant: Nos etiam Sacri Romani Imperii & Sereniſſ. Eſtenſium jura in præfato Comacli Principatu contra omnes conceſſiones, donationes, aliosque quoscunque titulos, quos ex illis eadem Romana Curia quovis tempore, ac modo acquirere potuit vel de facto acquiſivit; longiſſima nonnullorum ſeculorum poſſeſſione,

ſione, juſto titulo, bonaque fide comprobata defendere, ac ſubſtinere non dubitamus, adeo ut quatenus opus eſſet novo etiam legitime præſcriptionis titulo eadem Sacri Rom. Imperii, & Eſtenſium jura iterum acquiſita, renovata, & confirmata in eodem Principatu dici poſſint, ac valeant, unde pro nullo, injuſto, ac invalido declarando, quidquid hac de re Imperatoriæ Majeſtati clam, palamve auctoritate propia ſubtractum, aut etiam ab Imperatoribus extra formam debitam alienatum vel neglectum fuit, optimè potuit, imò ex juratæ ſuæ capitulationis vigore 84] omnino debuit Auguſtiſſimus Imperator nuper defunctus, antiqua Comacli jura repetere, atque ita more exemplumque majorum ſuam pariter atque Imperii auctoritatem iterum ibidem firmare, & ſuis victricibus armis defendere.

XVII.

Hæc omnia tanti ſunt roboris, ut quæcunque recuperandæ poſſeſſionis remedia ex regula Spolii à Romana Curia deducta funditus evertere, ſatiſque apertè demonſtrare valeant, regulas ſpolii in hoc caſu locum habere non poſſe, eo quia ex iiſdem actis apparet, Sereniſſimos Eſtenſes & cum ipſis Romanum Imperium ab injuſta Clementis VIII. occupatione de eodem Comacli Principatu vi, & armis ſpoliatos fuiſſe; unde eodem modò illum repetere, ammiſſamque poſſeſſionem, quam animo ſemper retinuerunt, de facto iterum recuperare, ſtatim

D ac

84) Art. 12. poſt. Vitriar. de Jur. Publ.

ac poſſent, certo certius valebant: 85] quod quidem etſi in continenti hoc fieri à legibus præcipiatur, 86] illud tamen in continenti non literaliter de præciſo turbationis tempore à Doctoribus explicatur, ſed ad omnia prorſus tempora, in quibus recuperatio commodè fieri poteſt, extenditur, & ſic quanquam poſt centum annorum ſpatium præfata Comacli recuperatio fuit effecta, in continenti factam fuiſſe cenſetur 87.] Unde præſens Sacri Romani Imperii poſſeſſio non violenta, nec nova, ſed juſta, ac legitima extat, & cum antiquam ſuam poſſeſſionem re integret, atque continuet, contra quamcunque aliam poſſeſſionem continuari, manuteneri illa debet 88.]

XIX.

Nihil etiam præfatis Romanæ Curiæ Miniſtris valebit ad alterum recuperandæ poſſeſſionis remedium confugere, quo Prædonem etiam & furem manutenendum eſſe affirmatur. Quis enim ignorat tritum illud Forenſium dicterium nunquam valere, vel attendi poſſe, quoties ſpoliatus

85) Menoch. de retin. remed. 3. n. 153. & de recuper. poſſ. rem. 3. n. 384. Poſt. de Manut. obſer. 1. n. 76. & obſer. 58. n. 35. & ſeqq. Grat. diſcept. for. cap. 899. n. 10. & ſeqq. 86) L. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi Arm. Menoch. & Poſt ubi ſp. 87) Jaſon. in l. clam. poſſidere §. qui ad ff. de recip. poſſ. Giovag. conſ. 14. n. 20. L. 2. Pontan de ſpol. l. 3. c. 2. n. 27. Poſt- da. obſer. 58, n. 37. Menoch. d°. remed. 3. de recuper. n° 385. Buratt. deciſ. 375. n. 11. 88) C. cum veniſſet de reſt. ſpol. Pac. Jordan. l. 14. tit. 12. de veſt. ſpol. n. 182. cum aliis ibidem allegabit & præciſè poſt. obſerv. 71. n. 42. & Rot. dec. 85. apud eund. de Manu.

liatus in petitorii diſcuſſione conſentit, & de illius merito diſputare non recuſavit, vel ſaltem contra tales actus non proteſtavit 89.] Cum ergo poſt occupationem Comacli Romana Curia non ſolum petitorii diſcuſſionem non rejicerit, ſed ſponte ac liberè illam acceptaverit, primaque fuerit ad quam verbis & ſcriptis ſolemniter provocaverit, in ſua amplius libertate non eſt, relicto judicio petitorio ſe ad poſſeſſorium convertere, quia petitorii cauſa uti major, Cauſam poſſeſſionis tanquam minorem abſorbet. 90] Quæ omnia in uſu noſtro pro generalis regulæ limitatione eo fortius procedunt, quia ibidem non de ſimplici privati alicujus territorii reſtitutione agitur, ſed inter magnos Principes de Fortalitio non de facili recuperando, ſi evacuetur, ſit quæſtio, tunc enim tritam illam ſpoliati regulam Doctores omnes una voce rejiciunt, & ultimum poſſeſſorem manutenendum eſſe contendunt; 91] præſertim quando cauſa coram Imperatore agitatur, qui non ut privatus judex, aut ſubalternum ordinem judicarium ſervare, ſed ut magnus Princeps, illo rejecto, ſecundum veritatem judicare tene-

 tur

89) C. 1. de reſt. Spol. Altograd. conſ. 97. n. 35. L. 2. cum aliis apud Pac. Jordan. de reſt. Spol. loc. citat. Kloc. de contr. c. 19. n. 459. 90) Klock. ubi ſp. d. n. 459. cum omn. jam allegat. 91) Caſtrens. ad L. 2. cod. de Edict. D. Adrian. toll. Pirhing ad Tit. de reſt. Spol. §. 28. Gabriel da concl. 1. n. 149. Bernh. Argent. ad art. 107. Jur. Britt. n. 11. ſtabil. de Solumon. inſpect. 1. c. 4. a n. 20. ad 27. Menoch. de adipiſ. d°. rem. p. n. 308.

tur. 92] Quid ultra? quomodo pro recuperatione Comacli poteſt Romana Curia relicto judicio petitorio, ex Spolii regula ad poſſeſſorium confugere, poſt quam ſub die 15. Januarii Anno M. D. CCIX. inter præſentem Pontificem Clementem XI. & Joſephum Primum feliciſſimæ recordationis Imperatorem publico pacis tractatu ſolemniſſimè conventum fuit, poſſeſſionem Civitatis Comacli cum ſuo territorio penes Imperatorem, ac Imperium, ac quo usque illius controverſia durabit, remanere debere.
93] *Sua Santità deputerà uno ò più Cardinali frà quali & il ſudetto Eccellentiſſimo Signore Marcheſe di Prie Come Miniſtro Ceſareo, ó chi ſarà in ſeguito deſtinato dalla Maeſtà ſua, ſi eſaminerà e diſcuterà la materia delle vertenti pendenze ſupra gli ſtati di Parma, Piacenza, e Comacchio; e queſto non in veruna forma di Giudizio, mà per Appagamento comune tanto di ſua ſantità, che di ſua Maeſta Ceſarea &c.*

S. Maeſta Ceſarea intende che la Città di Comacchio Con le ſue Valli debba reſtare in ſue mani nello ſtato in cui è di preſente, con un picciolo corpo d' Infanteria Imperiale, ſin' à tanto che ſia in detto congreſſo ventilata, e di poi terminata detta pendenza. Ne igitur inviolabilis tanti Pontificis fides, in omnibus hucus-

92) Aſin. in prax. judic. §. 3. c. 6. n. 2. Sixtin. conſ. Marpurg. 14. n. 45. L. 2. Gaill. 1. obſer. 75. n. 7. Mant. conſult. 82. n. 2. L. 93) Neuvaux Becevil. des Paix par le ſicur j. du Mont. par. 3. fol. 346. Art. 18. & 19.

hucusque ab eodem peractis ſanctè ſemper ſervata, in hoc uno tantum deficiat, quod ſemel locutus eſt, quod promiſit, & ſcripſit, omninò ſervabit: nihil enim in omni genere vitæ, eòque maximé in Principe magis neceſſariùm eſt, quam pacta ſervare, datamque fidem implere; 94] unde bene Jaſon ait *nihil eſt in Principe divinius, quàm promiſſorum, & conventorum conſtantia &c.* 95] quod eo fortius, & ſine ulla prorſus exceptione procedit, quando publica pacis, & tranquillitatis cauſa, quidquam fuit ſtipulatum, atque conventum. 96.] *Pax autem* (egregiè inquit Grotius) *facta qualibuscumque legibus ſervanda omnino ob eam, quam diximus fidei ſanctimoniam, ſollicitéque cavenda non tantum perfidia, ſed & quidquid animos exaſperat &c.* 97.]

XX.

Porrò quamvis non me lateat, quòd hujusmodi controverſiæ diſcuſſio, atque finis, utpotè Feudum de Majoribus, & quod Principum vulgò appellatur reſpicientis, tám ex Aurea Caroli IV. Bulla, quàm ex ſubſequentibus Imperatorum Conſtitutionibus, ac Imperii Receſſibus, ſoli Imperatori, vel Regi Romanorum ſit reſervatus, & ſic quod à Sereniſſimis Vicariis, atque à toto Electorali

 Col-

94] L. 1. ff. de Pact. §. vendita inſtit. de Rer. diviſ. Zaſ. ad L. Princeps. n. 7. ff. de ll. & Conſ. 10. n. 5. vol. 3: Bald. conſ. 327. n. 4. vol. 1. curt. Jun. conſ. 343. Gaill. L. 2. obſer. 57. §. 7. n. 4. 95) In da. L. 1. ff. de Pact. 96) Arg. c. 1. de prohib. feud. alien. Gail. de pace Publ. l. 1. c. 1. limn. in not. ad capitulat. Caroli V. fol. 181. 97) De Jur. Bell. & Pac. cap. ultim. n. 7.

Collegio ad novi Imperatoris judicium, ad quod tantummodo ſpectat, erit absque ulteriori diſcuſsione remiſſus, omnibus in ſtatu, quo ſunt, permanentibus; ex iis tamen, quæ ſuperius ſuccincta narratione notavimus, neminem inveniri poſſe confidimus, qui indebitis, injuſtisque Romanæ Curiæ petitis inherens, clariſſima Sacri Romani Imperii jura deſpicere, & quidquid pro illorum conſervatione hucusque actum fuit, revocare, ac infringere poſſet. Quapropter & ſi etiam tantæ contentionis diſcuſſio à Sereniſſimo Electorali Collegio penderet, à ſumma illius juſtitia, æquitate, ac prudentia contra probatum Sacri Romani Imperii in Comaclenſi Principatu jus, ac Dominium, præfati Romanæ Curiæ Miniſtri nihil prorſus obtinere valerent. Non enim Sereniſſimi Electores ignorant, in eorum poteſtate non eſſe, bona Imperii alienare, vel quovis alio modo negligere, ſed illa ſemper conſervare, & quantum poſſunt, augere debere, ne Aquila Romana ulterius deplumata cæteris avibus deſpectui ſit. 98] Ipſi igitur Sereniſſimi Principes, qui baſes, & fundamenta Imperatoriæ ſunt Majeſtatis, 99] ſuis auribus ad injuſtas Romanæ Curiæ petitiones juſtè obturatis, omni majori ſtudio curabunt, ut antiquus Imperii ſplendor & gloria eo iterum deveniat, quo temporibus Caroli Magni, Ludovici, & Ottonum feliciſsimê fuit, quod non aliter aſſequi

98) Limn. in not. ad Capitul. Carol. V. fol. 166. 99) Artic. 3. Capitul. Joſeph. Imper.

aſſequi poteſt, niſi omnes, qui antiqua Imperii bona invaſerunt, ab illis repellantur, & inveterata injuſtæ poſſeſſionis piacula poſt longam etiam uſurpationem comprimantur, eaque demum cui ſpectant integrè, & ſine læſione reddantur.

XXI.

Sed ut redeamus unde diſceſsimus, cum neque in Aurea Bulla, vel in antiquis aut novis conſtitutionibus Imperii nihil prorſus de univerſali Italiæ Vicariatu inveniatur expreſſum, & ſi multi particulares pro ſuis ſcilicet ſtatibus ibidem numerentur Vicarii, ut Duces Mediolanenſes 100] Mantuani, 101] Montis Ferrati, 102] Sabaudiæ, 103] Mutinæ, & Belgii. 104] Hinc eſt quod variæ ſunt ea de re Juriſconſultorum opiniones, dum alii univerſalem Italici Vicariatus poteſtatem Romano Pontifici tribuunt; alii Sereniſsimo Duci Sabaudiæ non abſolutè, ſed cum dependentia & juxta placitum Palatini, & Saxoniæ Electorum aſsignant. Non nulli præfatum Sabaudiæ Ducem abſolutum, atque independentem Vicariatum in Italia

100) Carol. Jigon. l. 30. de Begn. Ital. Cuſpin. in Carol. IV. p. 384. Petra. de poteſt. Princ. cap. 3. q. 4. n. 37. 101) Hiſpol. Dimin. conſ. 13. vol. 1. Roland. a Voll. de lucr. dot. q. 3. n. 13. Petra. d°. c. 3. q. 4. n. 30. 102) Scipio. Pentil. de jurisd. l. 3. c. 9. Natta conſ. 639. n. 171. Rol. a Vol. a Vall. conſ. 3. n. 107. & ſeq. l. 1. 103) Macta de Jurisd. p. 1. c. 33 n. 71. & ſeq. Caſpan. Catal. glor. Mund. p. 13. cenſ. 38. 104) Julu. Pacian. Conſ. 60. n. 30. & conſ. 61. n. 47. Cephal. conſ. 539. n. 14. vol. 4. Frid. Schot. t. 1. l. 6. Reſp. 28. n. 114. & ſeq.

Italia habere exiſtimant. Reliqui demum credunt, quod ſicut, in Statibus Italiæ, in quibus particularis aliquis Vicarius præeſt, Sereniſsimi Palatini & Saxoniæ Electores nullam in illis jurisdictionem habent; ita in reliquis Italiæ locis nullo particulari Vicario aſsignatis proprio eorundem Vicariatus jure conjunctim uti poſsint, ac debeant.

XXII.

Romani equidem Pontifices ad ſe vacantis Imperii adminiſtrationem pertinere prætendunt ex iis quæ ab Innocentio quarto in Concilio Lugdunenſi, & à Clemente quinto in Sino do Viennenſi definita fuerunt 105] ſecundum ulteriorem dictarum conſtitutionum explicationem, quam omnes fere Canoniſtæ amplexi ſunt, & ſequuntur 106.] Sed quam malè præfata Vicariatus jura ſibi arrogent, clarè patet ea ratione, quia, nec in ea, quæ ſunt verè veteris Imperii Romani ad Germanos delapſa, vel in reliqua Italiæ ad Regnum Lombardiæ pertinentia, unquam à Germaniæ, vel Italiæ Ordinibus ejusmodi jus Romanis Pontificibus conceſſum fuiſſe legitur 107.) Imò ſi vetuſta inſpicere volumus tempora, non ad Pontificem Romanum, ſed ad eos, qui Imperatorem eligebant, illo defuncto, Vicariatum pertinuiſſe ex iis, quæ ſupra ex Guntero

105) C. ad Apoſtolicæ de ſent. & re judic. Clement. 1. de jurejur. 106) Card. Beliar. de Rom. Pont. Macta de jurisd. p. 3. c. 28. Anton. de Roſell. de poteſt. Pap. & Imper. §. decimæ rationi &c. Caſtald. de Imper. queſt. 90. 107) Herman. Coring. Exerc. 5. de ſeptemvir. ſeu Elect. Imper. Germ.

tero notavimus, ſatis eſt manifeſtum. Nemo itaque in dubium revocare poteſt, quod tempore Friderici I. Imperatoris, vacans Imperium interregni tempore ad Electores, & Principes Germaniæ pertinuit, donec usque ob moram longiorem, quæ in novo Imperatore eligendo intercedebat, ad certos Vicarios cura regni fuit delata; 108) quo tempore, ut bene ad præfatum Guntheri locum notat Ritterhuſius. 109) *Nondum tunc nota erat nova illa ſapientia eorum, qui dicere auſi ſunt, cum Imperator Romanus in rebus humanis eſſe deſiit, vacans Imperium ad Pontificem Romanum devolvi, eique tanquam feudum Domino aperiri &c.* Et jam dudum tempore Ludovici Bavari Imperatoris hanc traditionem rejectam, atque in Comitiis decreto firmatum fuiſſe, *quod vacantis Imperii adminiſtrationem Pontifex habeat, nullam ſcripturam, nullam rationem, ſed ſolam uſurpationem introduxiſſe,* teſtis eſt Albertus Crantius. 110] Unde non parum repræhenſione dignus eſt Hugo Grotius, 111] dum neſcio qua ratione dixit, quod Interregni tempore Romanus Pontifex Imperialium Feudorum inveſtituras confer-

E re

108) Cuſp. in vita Ludov. Bavar. Albert. Krantz. in Saxon. l. 9. c. 15. Sigism. ſeld. in conſ. Ferd. I. Imper. König p. pr. Theat. polit. c. 31. n. 10. Petr. de Andlo de Imper. Rom. l. 2. c. 10. Arum. d°. diſ. 3. concl. 24. & Buxdorff. cit. loc. concl. 56. 109) L. prim. in Liguvin. 110) Metrop. Saxon. l. 9. c. 19. Cuſpin. loc. cit. in vit. Ludov. Bavar. Goldaſt. uti ſup. & in ration. conſtit. Imp. pag. 93. 111) De Jur. Bell. & Pac. c. 9. L. 2. in fin.

re poteſt, quia in Populo Romano tali tempore libero primas obtinet. Quam graviter, inquam, ea de re Grotius erraverit, longius probare ſupervacaneum eſſet: ex iis enim quæ hucusque allegavimus, nemo eſt, qui in dubium revocare poſſit, quod integrum Italiæ regnum, poſt quam fuit à Carolo Magno & Ottone jure belli acquiſitum, neque Populo Romano, neque illius Urbis Antiſtiti, nulla ex parte ſubjectum remanſit, ſed ita prorſus cum Germania coaluit, ut Regis Italiæ imperandi jus, regnique in univerſum conſtituendi poteſtatem ſoli Germani habeant. 112] Hinc apud citatum Guntherum neſcio quis ita Germaniæ Proceres alloquens ait. 113]

Ex quo Romanum noſtra virtute redemptum,
Hoſtibus expulſis ad Nos juſtiſſimus ordo
Transtulit Imperium; Romani gloria Regni
Nos penés eſt. Quemcunque ſibi Germania Regem
Præficit, hunc dives ſubmiſſo vertice Roma
Suſcipit, & verſo Tiberim regit ordine Rhenus:

Quare ſicut Italiæ Regnum, poſtquam cum Germaniá coaluit, nullo unquam jure ad Urbem Romam, vel ad Pontificem ſpectavit, ita nec jus Vicariatus tempore interregni ad illum pertinere valebit, quia non entis nullæ ſunt paſſiones. Quod adeo verum eſt, ut ſi quis præfatam, quam impugnamus, Canoniſtarum opinionem ſequi vellet, in maxi-

112) Samuel Schurtzfleiſch. diſſ. de Jur. Auguſt. in Italiam. Herman. Coring. de Fin. Imp. Germ. c. 19. L. 2. n. 28. 113) L. primo.

mum quidem abſurdum incurreret: Romanum enim Pontificem, contrà ſupremam ſuæ Dignitatis Majeſtatem, Imperatori, & Imperio ſubjiceret, cum omnis Vicariatus præſupponat ſuperioritatem ejus, cujus vices gerit; 114] Quod quantùm rectæ rationi, & dictorum Canoniſtarum opinioni adverſatur, tantùm ita inſubſiſtentiam prætenſi Romani Pontificis Vicariatus demonſtrat. 115]

XXIII.

Qui Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem non abſolutum, ſed dependentem Vicariatum habere affirmat, non benè ſua Imperialium conceſſionum Privilegia intellexit, vel ea nunquam ſub oculis habuit. Abſolutum, & generalem Vicariatum in illis contineri, ex ſola eorundem lectione primo loco eluceſcit; ſecundò ex ſolemni novi Vicariatus à Ferdinando III. Imperatore Mantuæ Ducibus, in præjudicium Sabaudiæ Domus, conceſſi, damnatione à Collegio Electorali ſub die 4. Junii Anni M. D. CL. VIII. facta clariùs apparet; atque demum ex jurata Leopoldi Primi Imperatoris Capitulatione confirmatur his verbis. *Pariter conſentimus & confirmamus id quod Electorale Collegium nuper ſub dato 4. Junii ad ipſum (Mantuanum) ratione annullandi, ſeu caſſandi in præjudicium Domus Sabaudiæ ſuſcepti Cæſarei, & Sacri Romani Imperii*

114) Reinh. König. in Theatr. Polit. p. 1. c. 51. n. 11. Bodin. de Repub. c. 9. n. 127. Vitriar. Inſtit. Jur. Publ. l. 1. tit. 11. n. 8. & l. 3. t. 7. in princ. cum ibidem allegat in notis. 115) Carpzov. de leg. Reg. Germ. c. 11. ſect. 12. n. 4.

perii Vicariatus, ac Generalatus in Italia ſcripſit, eatenus quod nos illius contextum firmiter ſervabimus, Ducesque Sabaudiæ in ſuo Italici diſtrictus competenti Vicariatus jure, ac Privilegiis decenter protegemus, ac manutenebimus. 116]

XXIV.

Nos etiam præfatis Imperialium conceſſionum Privilegiis, juratæ Capitulationi, ac ferè omnium juriſconſultorum opinioni inhærentes, 117] abſolutam atque independentem ſui Vicariatus jurisdictionem Sereniſſimo Sabaudiæ Duci tribuere, atque aſſignare non dubitamus. Illam tamen extrà ſuarum provinciarum diſtrictum extendere, non audemus, eo quia non generalis totius Italiæ Vicarius, ſed eorum tantum locorum, quæ ſuæ ſunt Dominationi ſubjecta, attento etiam ſuorum Privilegiorum tenore, ac diuturnú præteritorum temporum obſervantiá, ille exiſtit. Et quidem præfati Vicariatus Dignitatem à Sigismundó Imperatore Sereniſſimis Sabaudiæ Ducibus primitus conceſſam, atque à ſubſequentibus poſteá Imperatoribus ſemper confirmatam fuiſſe, tradit Antonius Teſſaurus. 118] Sed cum prædictæ dignitatis eſſentiam in abſoluta poteſtate, aliisque omnibus ſupremæ Majeſtatis Regalibus, quæ à retroactis temporibus Sereniſsimis Sabaudiæ

116) §. 4. præcipuè verô. Apud Paſtor. in Laur. Actor. Publ. fol. 4. par. 2. 117) Limn. ad capit. Carol. V. art. 3. pag. 150. cum aliis apud Carpzov. d°. tract. de Reg. Germ. c. 11. ſect. 12. n. 12. 118) In Præfation. deciſ. Pedemon. n. 14.

diæ Ducibus in omnibus locis ſuæ Dominationi ſubjectis competunt, & competere poſſunt, tantum conſtituat; & nihil prorſus de poteſtate tempore interregni ab illis tanquam Imperii Vicariis, in reliquis Italiæ Provinciis, exercenda loquatur: Neſcio qua ratione à particulari ſuarum Provinciarum Vicariatu ad Generalem totius Italiæ, tempore Interregni, Vicariatum, fieri poſſit extenſio, cum Privilegium, eo quia jus ſingulare eſt, ſtrictè ſit interpretandum, & in ſua forma, & tenore, qui diligenter inſpici debet, præciſè ſervandum, 119] adeo ut in illo non fiat extenſio de perſona ad perſonam, 120] nec de loco ad locum, 121] nec de contractu ad contractum. 122]

XXV.

Hac itaque Doctrina ſuppoſita præfatorum Imperialium Privilegiorum Sereniſſimis Sabaudiæ Ducibus conceſſorum tenorem attentè inſpicientes, illud ad particularem ſuarum tantum provinciarum Vicariatum reſtringendum eſſe, non dubitamus. Carolus enim IV. in Diplomate XII. Kalend. Auguſti Anni Domini

 MCCCLVI.

119) C. porro & ibi gl. extra de Privil. Gaill. obſer. 2. l. 2. n. 14. Weſemb. bec. p. 1. cons. 1. n. 56. Klock. de contr. cap. 16. n. 67. & 68. 120) C. ſanè de Priv. Dec. in L. omnibus 69. n. 6. ff. de R. J. & conſ. 515. Gaill. d°. L. 2. obſer. 144. n. 8. 121) Deci. in da. l. 69. & Cagnol. ibidem n. 8. Bald. in l. 1. cod. de legib. Coler. de proceſ. exec. p. 1. c. 4. n. 17. 122) Angel. conſ. 272. cum aliis apud Klock. d°. c. 16. n. 72.

MCCCLVI. Pragæ ſignato 123] conſtituit, Amadeum Comitem Sabaudiæ ad audiendas appellationes, quæ ad Imperiale Tribunal interponi ſolebant, omnibus etiam præfati Comitatus Vaſſallis, ut illi obediant, ſuisque mandatis, ac ſententiis pareant, præcipiens, nulla prorſus de prætenſo tempore Interregni totius Italiæ Vicariatu mentione peracta. Eodem modo Maximilianus Primus ad præces Philiberti Sabaudiæ Ducis Sacri Romani Imperii Principis & Vicarii perpetui, die XV. Octob. Anni M.D.III. omnes Comites Palatinos in ſuis ditionibus exiſtentes annullavit: *Ita quod* (ſunt verba Diplomatis) 124] *deinceps quoquo modo penes Dominia ipſius Ducis Sabaudiæ mediata & immediata non poſſint ipſi Comites creari, & creandi ad executionem eis impertitæ, aut concedendæ gratiæ, & facultatis in ſubditos ipſius Ducis mediatos, & immediatos procedere, niſi de ipſius Sabaudiæ & ſuorum ſpeciali & expreſſo conſenſu. &c.* Carolus V. præmiſſa Privilegia Carolo Sabaudiæ Duci die tertia Maij. Anni MDXXI. confirmans 125] illum, ejusque in poſterum in præfato Ducatu Succeſſores declarat *fuiſſe, eſſe nunc, & in futurum fore veros Sacri Imperii Vicarios, præſertim in Civitatibus & Diæceſibus Lugduni, Matiſconi, Gratianopoli &c.* prout, & ſecundum quod in privilegiis Caroli

123) Apud Joann. Auguſt. Paſtorium in Laur. Actor. Publicor. p. 1. fol. 126. 124) Apud eund. Paſtor. d. p. 2. fol. 127. 125) Paſtor. loc. citat. fol. 129.

roli IV., & Maximiliani ſuperiùs citatis continetur, atque inveniturexpreſſum: Idem Carolus V. novo Diplomate die XIII. Martii Anni M. D. XXXIII. Bononiæ ſignato 126] ea omnia privilegia, quæ præfato Carolo Sabaudiæ Duci paulo antea conceſſerat, ratificans *Epiſcopatum etiam Burgenſem ſub & in Vicariatu Imperiali dicti Ducis comprehendi* de novo mandavit, ac ulterius præfatam Vicariatus dignitatem Duci Emanueli Philiberto ſecundum jam conceſſorum Privilegiorum tenorem tertia vice confirmans, illam inſuper *In Aſtenſi, & in Patria Niciæ Viginti milien. Glandavenſ. Vencenque diæceſes* 127] ampliavit, prout in alio dicti Imperatoris Privilegio die XVI. Novembris Anno Domini M. D. LV. Bruxellæ firmato expreſsè colligitur.

XXVI.

Suorum prædeceſſorum, & præſertim Caroli V. exempla ſectantes Ferdinandus I. Rudolphus II. & Matthias, omnes eodem modo antedicta Sabaudiæ Ducum Privilegia renovarunt, atque eorundem perpetuam Vicariatus dignitatem, ſecundum omnes & ſingulas Caroli V. ampliationes confirmarunt, ut ex authenticis Ferdinandi Primi ſub die VI. Martii Anni M. D. LXII. Rudolphi ſub die XXIX. Auguſti An. Domini M. D. LXXIX. & Matthiæ die XXVI. Febru-

126) Paſtorius ibidem fol. 131. 127) Idem Paſtor. loc. ſupr. cit. fol. 134.

bruarii M. D. CXIII. conceſſionibus ſatis apertè probatur
128.] Imò Rudolphus ſpeciali ſuæ largitatis indultu perpetuum Sacri Romani Imperii Vicariatum jam antea Duci Carolo Emanueli confirmatum, *ad Epiſcopale Albenghæ, Albæ, & Aquarum Diæceſes, quo adComitatum Tendæ, Mentonum, Roccabrunam, Pernaſſium, & Dolceaquam, eorumque pertinentias extendit, amplia vit, & auxit. &c.* Hac eadem extenſione ad loca ſcilicet in præfatis *Albenghæ, Albæ, & Aquarum Diæceſſibus* à Carolo Emanuele de novo acquiſita omnia & ſingula ſuorum prædeceſſorum Privilegia, unà cum Vicariatus dignitate Ferdinandus Secundus antedicto Carolo Emanueli die IX. Junii Anno M. D. C. XXI. confirmavit, novoque ſuo Imperiali Diplomate die XVII. Auguſti An. M. D. CXXXII. Viennæ emanato omnia prædicta Privilegia Victori Amadeo Sabaudiæ Duci benigniſſimè augendo, perpetuam ejuſdem Vicariatus Dignitatem ampliare, atque extendere dignatus eſt: *Ad loca* (ſunt verba Diplomatis
129] *quæ eidem vigore Pacificationis Ratisbonæ Anno M. D. C. XXX. die tertia Menſis Octob. inter Nos, & Sereniſſimi Franciæ Regis Chriſtianiſſimi Plenipotentiarios ad hoc deputatos Commiſſarios concluſa, & ſubſecutorum tractatuum ex Ducatu Montis ferrati aſſignata & tradita fuerunt. &c.* Denique cum hodiernus Sabaudiæ Dux

128) In citat. Laur. Actor. Publ. Paſt. fol. 136. 139. & 144. 129) Apud. Paſtor. d.a. p. 1. fol. 152.

Dux Inveſtituram Ducatus Montis Ferrati, Laumellinæ, Comitatus Alexandriæ, & Vallis Secuſiæ à defuncto Joſepho primo Romanorum Imperatore obtinuerit, perpetui ſui Vicariatus extenſionem in illis pariter locis ab eo tunc de novo acquiſitis, ulterius etiam requirere, ac ſæpius per ſuos Miniſtros ſollicitare non prætermiſit, ut ex ſuplicibus præfati Ducis libellis antedicto Imperatori porrectis, & in Imperiali Cancellaria regiſtratis ſatis apertè dignoſcitur.

XXVII.

Ex iis igitur, quæ hucusque narravimus, luce meridiana clarius apparet, Sereniſſimos Sabaudiæ Duces, non univerſalem totius Italiæ tempore interregni Vicariatum à Divis Romanorum Imperatoribus obtinuiſſe, & ſic perpetuó dum taxat ſuorum Dominiorum Vicariatu contentos eſſe debere, absque eo quod illi præfatam Vicariatus dignitatem extrá provincias ab iisdem poſſeſſas extendere poſſint, ac valeant; Privilegiorum ſiquidem tenor rem notoriam, liquidam, & evidentem facit 130] maximè ſi nihil poteſt in contrarium opponi, 131] prout eſt in caſu noſtro in quo Sereniſſimi Sabaudiæ Duces, ſe prætenſum Vicariatum extra ſuarum ditionum Dominium vel jure

obti-

130) C. cum contingat. de reſcript. Abb. in C. p. n. 9. de confir. util. & inutil. Alex. conſ. 197. vol. 2. Paris conſ. 17. n. 2. vol. 1. Camill. Borell. conſ. 1. n. 36. 131] Contard. in l. unic. cod. de nom. poſſ. lim. 9. n. 3. ſurd. conſ. 405. n. 28. Farinac. in prax. Crim. quæſt. 21. n. 28.

obtinuiſſe, vel facto exercuiſſe, nunquam probare, aut demonſtrare valebunt; quapropter ſuorum Privilegiorum tenori, ſubſecutæque eorundem obſervantiæ ſtare debent, cum ex hac declaretur, quid in generalitate, vel actu dubio comprehendatur, 132] quemadmodum & alias ſequela facti, qualis fuerit præcedens conventio, demonſtrat. 133] Propria denique Sereniſſimi hodierni Ducis ſuperiús allegata confeſſio omnem prorſus dubietatem tollit, cum ex nova ſui Vicariatus extenſione pro omnibus & ſingulis locis, ab eodem nunc de novo acquiſitis, petitá, apertè profeſſus ſit, generalem antiqui ſui Vicariatus Dignitatem ibidem abſque novæ conceſſionis privilegio, nullo modo locum habere poſſe, utpoté ad ea tantum loca, quæ antea poſſidebat, limitatam, atque reſtrictam; unde cùm nemo poſſit contra propriam confeſſionem venire, ita nec Sereniſſimus Sabaudiæ Dux ſuam, ut diximus, tam ſolemniter factam, nunc impugnare quovis modo valebit. 134]

XXVIII.

Hanc veritatem apertè ac liberé profeſſus eſt citatus Theſ-

132) L. ſi interpætatione ff. de leg. Decian. conſ. 44. n. 28. vol. 4. 133) Burſatt. Conſ. 16. n. 39. Natta conſ. 406. n. 28. Cravett. conſ. 101. n. 4. & conſ. 118. n. 2. latè Becc. conſ. 101. n. 49. Peregr. conſ. 34. n. 6. vol. 3. 134) Cravett. conſ. 31. n. 3. & conſ. 61. ſub n. 3. Alex: conſ. 127. n. 2. vol. 4. Gratian. conſ. 110. n. 2. vol. 2. Surd. conſ. 94. n. 25. Joſeph. de Seſe deciſ. Aragon. 117. n. 31.

Theſſaurus, 135] dum rerum Sabaudicarum peritiſsimus *Sereniſſimo* (inquit) *Sabaudiæ Duci in ſuis ſtatibus regalia omnia Cæſareaque jura ſpectant, & Vicarius Imperii perpetuus nuncupatur, illudque Privilegium Vicarii Imperii perpetui conceſſum eſt Principibus noſtris primùm à Sigismundo Imperatore, confirmatumque fuit ab aliis omnibus ſubſequentibus Cæſaribus, unde procul dubio dicendum eſt, Ducibus & Principibus noſtris in ſuo ſtatu competere jura Imperii, & Majeſtatis, & omnimodæ poteſtatis &c.* Hoc idem profeſſus eſt Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia Epiſopus Salutiarum in Corona Regali Sabaudiæ, 136] cum prævio omnium Imperialium Privilegiorum examine; & ſecundum Graviſsimorum Juriſconſultorum opinionem non exitavit aſſerere. *Il titolo di Principe, e Vicario perpetuo del Sacro Romano Impero, che uſare ſogliono li Duchi di Savoia, non è titolo eſpreſſivo di alcuna Signoria, ò ſtato, come ſono gli altri, che abbiamo ſin qui deſcritti; mà ſolamente di una ſuprema dignità è Giurisdizione da gli Imperatori conceſſagli, in virtù della quale ponno eſſi in tutti gli ſtati loro tanto di quá, che di là da Monti valerſi della nudeſima autorità, che hanno detti Imperadori in tutto l' Impero. Vengono ragionevolmente eſsi Duchi chiamati da Dottori Vicari nati nella ſteſſa maniera, che erano li Duchi di Milano,*

F 2

135) In dict. præfat. deciſ. Pedemont. n. 14. 136) Par. 2. cap. 20. fol. 521. & 522.

lano, i Scaligeri Signori di Verona, i Marcheſi di Monferrato, ed altri Principi d' Italia ne loco Dominii e ſtati.

Di queſta Vicaría fanno menzione Giaſone, Soccino, Pariſio, Baldo, Franceſco Marco, Giacobino San' Giorgio, Purpurato, Oſaſco Caſſaneo, Giacomo Ibroſco, il Menochio, ed una infinità d' altri Giuris conſulti, confeſſando tutti ſenza alcun contraſto, potere queſti Sereniſſimi Principi liberamente uſare della clauſula di piena poſſanza, e volontà aſſoluta, è fare ne loro ſtati tutto ciò, che fare potevano i Rè de Romani, e gli Imperadori in tutto il Mondo &c.

XXIX.

Et quamvis non me lateat, aperti juris eſſe privatas ſcripturas, & annotationes nullam fidem, nullam probationem facere poſſe, 137] & ſic quod Hiſtoricorum ſcripta nullius auctoritatis ſunt, eo quia inter privatorum annotationes numerantur, & ſæpè errare ſoleant. 138] Nos tamen non in caſu regulæ, ſed limitationis eſſe, non obſcure affirmamus: quando enim Hiſtoricorum ſcripta ſunt admi-

137) Tex. in l. inſtrumenta 5. l. exemplo 7. cod. de prob. l. in donatione cod. de donat. Authen: ſiquis vult: in fin: qui pot: in pig. Innoc: in c. 1. n. 3. de fid. inſtrum Purpur: conſ: 467. n. 14. Hottoman: conſ. 89. n. 2. Afflict: deciſ. 85. n. 6. & deciſ. 803. n. 4. 138) Georg. Everhard. conſ. 27. n. 9. l. 1. Zas. conſ. 16. n. 40. l. 2. Gylman: deciſ: Camer: 11. n. 7. l. 1. Menoch conſ. 112. n. 71. & conſ. 913. n. 12. l. 10. Pariſ: conſ. 23. n. 255. Soccin: Jun: conſ: 132. n. 11. l. 3.

adminiculata, illisque à Majoribus noſtris fides commüniter adhibita eſt, pleniſſimam probationem facere poſſunt, 139] cum argumentum à teſtimonio humano, ſeu ab auctoritate docti alicujus viri in jure validum ſit. 140] Quod quidém eo fortiús in caſu noſtro procedit, in quo præfati Franciſci Auguſtini ab Eccleſia, quam ſupra allegavimus, Hiſtoria, non tantum à probo, docto, & fide digno viro, atque in Aúla, & publicis rebus valdè verſato confecta fuit, (quod valdé in jure à Doctoribus attenditur;) 141] ſed & ab originalibus Imperatorum Diplomatibus, quàm aliis authenticis Scriptis, & à longiſſimi temporis obſervantia, adminiculata & comprobata videtur, quaré plenam apud omnes fidem meretur; 142) præſertim poſtquám ſupremo Sereniſsimi Saubaudiæ Ducis, eo de tempore imperantis mandato antequám typis publicè

139) Fran: curt: in l. 1. n. 50. & ſi cert: pet. Georg. Everhard. d. conſ. 27. n. 3. & 4. l. 1. Alciat. conſ. 12. n. 9. l: 1. Socc. ſen: conſ: 158. n. 5; & per tot. l. 2; Maſcard de probat: concl. 105. n. 9. & conc. 217. per tot. & concl. 398. n. 5. Affict. in conſtit. Regn. Neapol. in prælud. q. 19. n. 7. & ſeq. Card. Tuſch. tom. 4. prat. q. litt. H. concl. 139. per tot. & Tom. 6. concl. 346. n. 6. & ſeq. lit. L. 140) DD. in l. 1. ff. ſi certum pet. ibique Jaſon n. 24. verſ. nota &c. Salicet: n. 13. vers tranſeo. Joann. Guttier. conſ. 12. n. 15, Bertau, conſ. civil. 41. n. 102. Simon de Prædiis conſ. 17, n. 15. cent. 1, 141) Hier: Grat. conſ. 9. n. 5, & ſeq. l. 1, Burſat. conſ. 224. n. 49, l. 1. Guliel. Bellajus Langius in præfat. de verbi geſtis Franciſci primi Gall: Reg. apud Kloc. de contr. c. 20. á n. 512. ad 515. 142) Idem Kloc: d°. c. 20. n. 533. cum ibidem fusè allegatis.

licè imprimeretur, attenté perlecta, ac maturè à Præſidente Fauzone examinata illa fuit, eamque nihil prorſús contrá eorundem Sabaudiæ Ducum auctoritatem, Dignitatem, aut Privilegia in ſe continere, à præfato examinatore concluſum, atque ad perpetuam rei memoriam omni meliori modo teſtatum etiám nunc legitur: talis ením præſumptio tantæ eſt potentiæ, ut onus contrarium probandi in adverſarium rejiciat, 143) cum juris præſumptiones dicantur liquidiſsimæ probationes, & ad reportandam victoriam ſufficiant. 144]

XXX.

His igitur maturè perpenſis univerſalem totius Italiæ Vicariatum à Sereniſſimis Sabaudiæ Ducibus prætenſum nullo prorſus inniti fundamento concludimus; quæ ením hucusque allegarunt Privilegia, cum tale jus extrá ſuorum ſtatuum diſtrictum, ut probavimus, non extendant, nec nos extrá illos ampliare, vel extendere valemus; parati tamen in diverſam ire ſententiam, ubi nova Jura hactenus nobis ignota id ſuaderent. 145] Caſſatio Vicariatus Mantuæ Duci à Ferdinando tertio Imperatore Col-

143) L. generaliter §. ſi prætium in ferr. ff. de Fidei com. libert. Cephal: conſ. 130. n. 9. l. 1. & conſ. 351. n. 40. & ſeq. Cravett. conſ. 60. n. 7. Pacian. de Probat: l. 1. c. 8. n. 1. & c. 51. n. 10. 144) Tex: in l. licet Imperator & ibi gloſſ. & DD. ff. de leg. Surd. deciſ. 170. n. 8. Schrader: alios adducens conſ. 3. ſub n. 103. l. 1. 145) Schrad. conſ. 32. n. 176. & tract. de Feud. p. 10. ſec. 1. n. 12. Klock de contr. cap. 12. à n. 65. & ſeq.

collati per Sereniſſimum Electorale Collegium in favorem Sabaudiæ Domus confecta, & in Leopoldi Cæſaris Capitulatione confirmata, nihil prorſus de novo illi tribuit, cum mera, & ſimplex præteritorum Privilegiorum, juriumque ibidém contentorum confirmatio illa exiſtat; confirmationis quippe natura eſt, nihil novi dare, ſed vetera jura in ſtatu, quo ſunt, ſolummodó confirmare, 146] adeó ut ſi in illis nullum confirmabile ſubſit, nihil quicquam confirmatio operetur. 147] Æquivoca, gratisque aſſerta paucorum ſcriptorum opinio, quæ præfato Sabaudiæ Duci tale jus perperám tribuit, nullius debet eſſe momenti, cum ab jure non attendatur 148] illisque major, ſaniorque aliorum Doctorum numerus inveniatur contrarius. Longa denique præteritorum temporum obſervantia optima, & fida omnium conceſſionum interpres 149) præfatum totius Italiæ Vicariatum Sereniſsimis Sabaudiæ Ducibus nunquám anté competiiſſe, & nunc etiám competere nullo modo poſſe, ad evidentiam demonſtrat, ex regula quod in materia jurisdictionis, exemptio-

146) C. 1. de confir. util. & inut. poſt Bart. Jas. & Alciat. Honded. conſ. 86. n. 9. vol. 2. Gaill. 2. obſer. 1. n. 3. & 8. 147) C. ex parte de conſt. c. cum inter nos de re Judic. Cravett. conſ. 407. n. 12. Surd. conſ. 130. n. 14. Thom. Trevis deciſ. Venet. 15. n. 17. l. 4. 148) Arg. c. 1. de conſt. in 6o. Maſcard. concl. 426. Frid. Scot. 1. 2. l. 1. reſpon. 3. n. 170. Ludolphi Sehrader conſ. 9. n. 60. l. 1. cum aliis ibid. alleg: 149) Bald. conſ: 245. in fin. vol. 3. Coſta de fact. Scient: & ignor. inſp. 47. cum aliis ſupra citat: n. 128. & 129.

ptionis, & Dignitatum Privilegia poſſeſsione extimanda, & declaranda ſunt, 150] ac ex ſubſecuta obſervantia vires ſortiuntur. 151]

XXXI.

Nè igitur mortuo Imperatore, tempore interregni illis Italiæ provinciis, quibus perpetuis Vicariis proviſum non fuit, debita defenſio, & protectio deficiat, & ad inſtar navis ſine rectore, ſubmerſioni ad primum tempeſtatis ſubortæ impetum obnoxiæ, procellis tumultum concutiantur; 152) ſub generalium Vicariorum ab Aurea Bulla conſtitutorum jurisdictione, ac tutela, ut illæ etiam numerentur, oportet. Palatinus enim & Saxo Electores, cum non Teutonici tantùm regni, ſed totius Romani Imperii exiſtant Vicarii, *quoties inſuper* (ſunt verba Caroli IV.) *ſacrum vacare continget Imperium &c.* & pauló inferiús *Palatinus Privilegio eſſe debet proviſor ipſius Imperii &c.* 153) poſſunt, ac debent in omnibus Regnis, Provinciis, ac locis, quæ ab eodem Romano Imperio dependent, ubicunque illa ſint, univerſalem ſui Vicariatus poteſtatem exercere, atque ibidem ea omnia peragere, quæ

150) Kloc: de contr. c. 19. n. 676. Vincent. de Franc. deciſ. 56. n. 6. & deciſ. 393. n. 12. 151) L. ſi interpraetatione ff. de leg. Menock. conſ. 748. n. 19. Decian: Conſ. 44. n. 28. vol. 4. 152) Petr. Gregor. Theloſ. l. 7. de Repub. c. 4. n. 20. 153) Citat. tit V. Aur. Bull. fusè Witte in Colleg. publ. de ſtat. re. Rom. Inſt. Sinoldi. diſp. 5. Theſſ. 9. litt. E. Dom. Arum. de jure Publ. diſc. 25. n. 43. vol. 2. Buxdorff. loc. cit. concl. 71. cir. fin.

quæ ſupremo hoc illorum munere demandata leguntur. 154) Nam cum Vicarii parem habeant poteſtatem cum eo, cujus vices gerunt, ut ſupra notavimus, & fusé probat Carpzovius, 155) utique & paria ipſis cum Imperatore jura competere concludendum erit; 156) quare ea etiam Italiæ loca, quæ Romano adhuc ſubſunt Imperio, ſi vivente Imperatore illi obediunt, ſupremamque illius Majeſtatem agnoſcunt, eo demortuo, Vicariis, qui in Imperio vice illius ſunt, obedire, illorumque autoritatem recognoſcere ſine contradictione tenentur; abſurdum quippe videtur eſſe quem ſub Imperio vel Imperatore, nec tamen ſub cujus Vicariis tempore Interregni compræhendi. 157) Quare Doctiſſimus Arumeus *Vicarii* (inquit) *in Imperio Romano, qui dicuntur Proviſores vacante Imperio, omnia jura Imperatoris exercitio habent &c.* & Schraderus *In Aurea Bulla* (inquit) *expreſsè cautum eſt quam vacante Imperio Palatinus & Saxo vices Imperatoris in omnibus, & per omnia ſubſtinere debeant etc.* 158] ex qua generalitate, quidquid indiviſum remanſit,

G &

154) Becker. de Jur. Publ. c. 7. de Imper. Vicar. Witte loco cit. cum ibidem allegat. 155) De leg. Reg. Ger. cap. 11. ſect. 15. n. 27. 126) Decian. conſ. 23. n. 67. vol: 1. cum aliis ſupra citat. 157) Quirin. Cubach. l. 2. Jurispr. publ. c. 30. n. 7. Richard. Picter. de Majeſt, conc. 31. Thom. Micheal. de Jurisd. concl. 29. litt. A. 158) Arum. cir. diſcur. 25. n. 43, de Jur. Publ. Schrader. de Feud. p. 10. ſect. 3. n. 173.

& Sacrum adhuc recognoſcit Imperium, communiter Palatino & Saxoni nunc etiam pertinere tradunt Witte, & Beckerius locis ſupra citatis.

XXXII.

Nec valet aſſerere, quod in Aurea Caroli VI. Bullæ, à qua Vicariorum inſtitutio, prout nunc eſt uná cum eorundem autoritate proceſſit Italia, nec Palatino, nec Saxoni aſſignata legatur, eo quia Suevicum, & Francicum, aut Saxonicum jus ibidem hac noſtra ætate non viget. Porrò ultra quam quod Italiam olim Franconico jure uſam fuiſſe dicat Sigonius 159] ex quo jus Vicariatus, Palatino etiam nunc competere certò inferre liceat, quamvis illud jus ibidem ſit hodie abrogatum, ea enim abrogatio juri alteri quæſito iniqua eſſe haud poteſt. 160] Certum tamen eſt, quod à dicti juris non obſervantia, ad unius, vel alterius Vicariatus reſtrictionem argumentari non licet, 161] maximè cùm omnes Imperii limites, & loca, quantumvis Palatino, & Saxoni in Conſtitutionibus, ac Diplomatibus ſpecialiter, & expreſsè haud aſſignata, horum tamen Vicariatui ab omnibus nunc ſubjiciantur, 162] ne

159) De Regn. Ital. l. 8. 160] Arg. l. 5. ff. de Pact. Carpzov. de. cap. 11. ſect. 15. n. 13. & 14. 161) Buxdorff. cit. diſſert. concl. 57. Arumæus d. diſſ. 3. concl. 29. Carpzov. loc. cit. 162) Buxdorff. loc. cit. concl. 58. Richt. Dieter. de ſum. Imper. Poteſt. concl. 21. Marquard. Freher. de Orig. Palat. c. 15.

nè abſurdè ſimul, ac improbè, & minus ex naturali Parentum affectione Carolum IV. egiſſe dicant, æqualem ſuorum populorum curam non habentem, dum omnibus Vicarios, qui poſt ejus mortem loco tutoris eſſent, non conſtituit, ac univerſali totius Imperii ſecuritati non providit. Nè igitur tam maximùm admittatur abſurdum, à quo ſemper cavendum eſſe omnia jura clamant 163] Sereniſſimos Palatini, & Saxoniæ Electores non Teutonici ſolummodo Regni, ſed generales totius Romani Imperii Vicarios eſſe affirmantes, eorum inſolidúm jurisdictioni, ea omnia loca, quæ nullo unquam particulari Vicario aſſignata, vel in prima Caroli IV. Bulla, vel in ſubſecutis Imperatorum Decretis absque ſpeciali mentione, indiviſa manſerunt, præfatis, inquam, totius Teutonici Regni Vicariis ſubjicere, atque aſſignare non dubitamus, adeò ut univerſalis eorundem Vicariatus Italiam quoque, (quæ ut benè Imperator Fridericus Secundus dixit *Hæreditas Imperatoris eſt &c.* 164] & ab aliis *Viridarium Imperii appellatur &c.* 165] in ſua generalitate, prout ſuperius fuit jam explicatum, omninò etiam compræhendat, cum eadem ſit partium, quæ totius eſt, ratio, & ſub regno univerſo omnes ejus partes contineantur. 166]

163) L. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſat. Tut. Menoch. de Arbitr. q. 7. n. 78. 164) Goldaſt. Aom. 3. conſt. Imp. pag. 6. & 8. Paumeiſt. de Jurisd. l. 2. cap. 4. n. 73. 165) Samuel Schurtzfleiſch. da. diſſ. de Jur. Aug. in Ital. §. 7. 166) Arg. l. quæ de tota 76, ff. de R. J. Arum. tract. de comitiis c. 5. n. 17.

XXXIII.

Hæc ſunt Jura Vicariorum Imperii, quæ interregni tempore adeò liberè exercent, ut eorundem acta recens electus Imperator confirmare neceſſe habeat. Ita fecit Imperator Carolus V. dum in ſua capitulatione 167] juravit, Wir ſollen und wollen alles/ daß/ ſo durch die zwey Reichs Churfürſten und Vicarien in mitler Zeit/ ſo das Reich vacirt lauth der guldenen Bullen/ und nach Vermög deß Reichs Ordnungen gehandlet/ und verliehen/ genehm halten/ auch confirmiren und ratificiren in der allerbeſten und beſtändigſten Form/ wie ſich daſſelbe wohl gezienet und gebühret ꝛc. Ejusmodi confirmatio rerum à Ludovico Palatino tempore ſui Vicariatus geſtarum ab eodem Carolo V. Imperatore anno M. D. XXI. facta extat apud Goldaſtum, & de ea mentionem quoque fecit Limneus in notis ad præfati Imperatoris capitulationem, 168] nec non ad alteram Leopoldi Cæſaris, in qua eadem anteriorum Capitulationum formula obſervata videtur. 169]

XXXIV.

Denique quemadmodum omne quod quibusdam modis ſit, quibusdam etiam ſolvitur, 170] ita etiam Vicariorum

167) §. 27. apud. Limn. fol. 48: 168) Par. 1. deß Reichs Satzungen p. 242, art. 26. in fin: fol. 286. 169) Art. 36. fol. 946. citat. Limn. 170) Theoph. ad tit. Inſt. quib. mod. ſol. patri poteſt.

riorum poteſtas ſolvitur ob abſentiam reverſo, ob vocationem electo Imperatore; 171) nam præſente Principe omnia Magiſtratuum, & Curatorum Imperia conquieſcunt. Hinc Guntherus in Ligurinum 172) *atque omnis judex, omnisque poteſtas, atque Magiſtratus ipſo præſente quieſcunt &c.* ſicut enim fluviorum vis, & impetus unà cum nomine abſorbetur, cum ab oſtiis in mare confuſi labuntur, & ſiderum omnium, ſtellarumque tum in errantium lux nulla percipitur, cum primúm ſol exoriri cæpit, quaſi lumen acceptum eidem reſtituere videantur: ita quoque Senatus auctoritas, ac Magistratuum omnium imperia, præſente Imperatore conquieſcunt, & cum illo conſolidantur, & ſic etiam poſt novam Imperatoris electionem Vicarii Imperii illi reſtituere adminiſtrationem omni meliori modo tenentur. 173)

171) Buxdorff. tract. ſepius cit. concl. 25. 172) Lib. 2. 173) Bodin. l. 3. de rep. c. 6. n. 313. Buxdorff. loc. cit. conci. 75. Arum. d°. diſc. 3.

F I N I S.

ERRATA. CORRIGE.

				ERRATA	CORRIGE
Pag.	12.	lin.	13.	May	Maij
Ead. pag.		lin.	17.	apertiſſimè	apertiſſimè
Ead. pag.		lin.	22.	in ferre	inferre
Pag.	13.	lin.	8.	aſſequeretur	aſſequetur
Pag.	19.	lin.	8.	poſtquam	poſt ſuam
Pag.	23.	lin.	16.	in ſuper	inſuper
Pag.	25.	lin.	3.	legittime	legittimæ
Ead. pag.		lin.	13.	exemplumque	exemploque
Pag.	26.	lin.	10.	re integret	reintegret
Ead. pag.		lin.	12.	continuari, manuteneri	continuari, ac manuteneri
Pag.	27.	lin.	5.	rejicerit	reiecerit
Ead. pag.		lin.	18.	ſubalternum	ſubalternus
Pag.	31.	lin.	12.	Belgij	Regij
Pag.	32.	lin.	10.	ſi nodo	ſinodo
Pag.	36.	lin.	15.	diuturnu	diuturna
Pag.	38.	lin.	22.	Matiſconi	Matiſconis &
Pag.	39.	lin.	11.	Viginti milien	Vigintimilien.
Ead. pag.		lin.	15.	prædeceſſorum	prædeceſſorum
Pag.	40.	lin.	4.	ad Epiſcopale	Epiſcopales

Ead.

Ead. pag.		lin.	6.	tendæ	Jendæ
Ead. pag.		ead.	lin.	Pernaſſium	Pornaſſium
Pag.	41.	lin.	14.	dum taxat.	dumtaxat
Pag.	43.	lin.	21.	nudeſima	medeſima
Pag.	44.	lin.	2.	loco	loro
Ead. pag.		lin.	6.	Ibroſco	Sbroſco
Ead. pag.		lin.	10.	i	c
Pag.	48.	lin.	8.	procellis tumultum	procellarum tumultibus
Pag.	49.	lin.	12.	cujus	illius
Ead. pag.		lin.	17.	quam	quod
Pag. ult.		lin.	8.	tum in errantium.	tum errantium, tum inerrantium.

IN AUCTORUM ALLEGATIONIBUS.

				ERRATA	*CORRIGE*
Pag.	8.	n.	24.	Cthman: con: 47.	Othoman: conſ: 47.
Pag.	9.	n.	28.	Marq: Freher. de Orig: Palat: c. 17.	Marq. Freher. de Orig: Palat: c. 15.
Pag.	11.	n.	38.	Froſſard. l. 1. in prim.	Froſſ: l. 1. in princ:
Pag.	12.	n.	43.	Roman: l. 3. concl. 1. de jur: quas non tollen:	Roman: l. 3. concl: 1. de jur: quæſit. non tollen:
Pag.	13.	n.	48.	Carpz: de L. R. Germ. c. XI. ſect. 13.	Carpz: de L. R. Germ: c. 11. ſect: 15.
Pag.	15.	n.	55.	Stuv. ſintax: jur. feud.	Struvi. ſintax. jur. feud.

Pag.

Pag.	16.	n.	57.	Job: Paurmaiſt.	Thob: Paurmaiſt:
Ead. pag.		n.	62.	Olingerio	Olingenio
Pag.	17.	n.	65.	Henrig. Araiſc. de ſubject: & exempt. cler.	Hen ng. Arniſ. de exemp. & ſubject. cleric.
Pag.	19.	n.	66.	Buxdorf. loc. cit. da. concl. 63.	Buxdorf. loc. cit. da. concl: 65.
Ead. pag.		n.	67.	Weſembec. conſ. 48. n. 6.	Weſembec. conſ. 48. n. 9.
Pag.	21.	n.	78.	Albert. de Roat.	Albert: de Roſat.
Pag.	26.	n.	85.	Menoch. de retin. remed. 3. n. 153.	Menoch. de retin. remed: 3. n. 152.
Ead. pag.		n.	87.	Jaſ. in l. clam. poſſidere §. qui ad ff. de recip: poſſ:	Jaſ. in l. clam. poſſidere §. qui ad ff. de recup: poſſeſſ:
Ead. pag.		n.	88.	Pac: Jord: l. 14. tit. 12. de veſt: ſpol:	Pac: Jord: l. 14. tit. 12. de reſtit: ſpol.
Ead. pag.		n.	eod.	& præcisè poſt: ob. ſerv. 71.	& præcisè Poſti: obſerv. 71.
Pag.	27.	n.	91.	ſtabil: de Solumon: in- inſpect: 1. c. 4.	Statil: de Salvian: interdict. inſpe. 1. c. 4.
Pag.	28.	n.	92.	Mant. conſult:	Manſ: conſult.
Pag.	29.	n.	94.	Zaſ: ad l: Princeps. n. & conſ. 10. n. 3. vol. 3.	Zas. ad l. Princeps n. 7. & conſ. 10. n. 5. vol. 2.
Pag.	31.	n.	100.	Carol. Jigon. l. 30. de Begn. Ital.	Carol. Sigon. de Reg. Ital.
Ead. pag.		n.	101.	Hiſpol: Dimin:	Hipol. Rimin.
Ead. pag.		n.	102.	Scipio. Pentil.	Scipio. Gentil.
Ead. pag.		n.	eod.	Rol. a Vol. a Vall.	Roland. a Vall.
Ead. pag.		n.	103.	Macta de Jurisd.	Marta de jurisd.

Ead. pag.		n.	cod:	Caſpan. Catal. glor. mund. p. 13. conſ. 38.	Caſſan. Catal. glor: mund: p. 12. conſ: 58:
Ead. pag.		n.	cod.	Julu. Pacian.	Julujus Pacian.
Pag.	32.	n.	106.	Card. Beliar.	Card. Bellarm.
Ead. pag.		n.	cod.	Macta de jurisd.	Marta de jurisd.
Pag.	33.	n.	110.	Goldaſt. uti ſupr.	Gold. ubi ſupr.
Pag.	36.	n.	117.	Carpzov: d°. tract. de Reg. Germ.	Carpzov. d°. tráct. de Leg. Reg. Germ:
Pag.	41.	n.	131.	Contard. in l. unic. cod. de nom. poſſ.	Contard. in l. unic. cod. de mom. poſſ.
Pag.	42.	n.	134.	Joſeph. de Seſe dec. Arag. 117. n. 31.	Joſeph. de Seſe dec. Arag. 115. n. 31.
Pag.	45.	n.	139.	Fran. curt. l. 1. n. 50. & ſi cert. petatur	Fran. curt. in l. 1. n. 50. ff. ſi cert. petatur
Ead. pag.		n.	140.	Bertau. conſ. civil.	Bertaz. conſ. civil.
Ead. pag.		n.	cod.	Simon de Prædiis	Simon de Prætis
Pag.	47.	n.	148.	Arg: c. 1. de conſt. in 60.	Arg: c. 1. de conſt. in 6.
Ead. pag.		n.	cod.	Frid. Scot. 1. 2. l. 1. reſp. 3.	Frid. Scot. tom. 2. l. 1. reſp. 3.
Pag.	48.	n.	151.	L. ſi interpraetatione	L. ſi de interpræta-tione
Ead. pag.		n.	cod.	Menock. conſ:	Menoch: conſ.
Ead. pag.		n.	153.	Witte iu coll. publ. de ſtat. rei Rom. Inſt. Sinoldi	Witte in coll. publ. de ſtat. rei Rom. Iuſt. Sinoldi
Pag.	49.	n.	157.	Richard. Pieter. de majeſt.	Richard. Dieter. de majeſt.
Pag. ead:		n.	158.	Arum: circ. diſc.	Arum. citat: diſc.

Pag.

Pag. ead.		n. eod.	Schrader. do Feud.	Schrad. de Feud.
Pag.	51.	n. 164.	Goldaſt. Aom. 3.	Goldaſt. tom. 3.
Pag.	52.	n. 167.	§. 27. apud Limne. fol. 48.	§. 26. apud Limne. fol. 43.
Pag.	53.	n. 171.	Buxdorf. tract. ſep. cit. conc. 25.	Buxdorf. tract. ſæp. cit. conc. 76.
Ead. pag.		n. 173.	Buxdorf. loc. cit. conci. 75.	Buxdorf. loc. cit. concluſ. 75.

A01 1457400

YVN